pdicamēta p dñas: sed statim est decez pdicamēta: vt sub
stantia: quantitas ⁊c. vt pz .4. ⁊ .5. ⁊ .6. huius: cum ergo ens Tex.cō.2.
nullaz penitus differentiā habeat a suba: ⁊ ab alijs predi Tex.c.14.
camentis: qbus descendit in ea nō pōt habere distinctū Tex.cō.4.
intellectū a substātia vel q̄titate: q2 intelligere nō diuer-
sificat nisi fm diuersitatē nāe intellectiue. vñ qñ intelli-
go ens statim intelligo subam vel quātitatē ⁊c. Sed aliō
est de genere: q2 hz aliū itellectū ab intellectu spēz: ⁊ nō
F statim descēdit in spēs: sed ɔtrahit p dñas specificantes
ipsuz. vñ Cōmētator dicit .5. hui⁹. Qz ens significat vnū- Com.14.
qōqz decē pdicaoz multiplr: ⁊ sic nulla est dña inter sub-
stantiā vt substātia: ⁊ subaz vt ens. Et tu dicis. g̃ qcqd de-
bet substātie inq̄tū substātia: et debet substātie inquan-
tū ens. ergo p se existere debet omni enti. Dōm q nō se-
quit: q2 reduplicatio nō infert vl'ez in analogo: sed tñ in
vniuoco vt canis inq̄tū canis est latrabile. g̃ ois canis .f.
stella: q2 hoc est equiuocū. vñ reduplicatio tñ isert vl'em
in vniuocis ⁊ nō in equiuocis ⁊ analogis. ergo rō nō con
cludit. ¶ Ad aliā rōnē. binarius numerus trium hoium
est vnus. Concedit. Tu dicis: q ista vnitas qua est vnus
vel est idē cū numero vel diuersa. Dōm q tres vnitates
essentialr sunt numerus: ⁊ ista vnitas qua numerus terna
rius est vnus nō est positiua: sed pñatiua. vñ qñ dr: terna
rius numerus in trib⁹ hoib⁹ est vnus: est intelligēdū pña
tione: quia nō est diuersus in duos ternarios: ⁊ sic vnitas
G causat ex carētia diuisionis: ⁊ nō a diuisione que causat
vnū: ⁊ sic dato q ista vnitas sit diuersa a ternario nume-
ro: nō tñ opz q sit quarta vnitas. ¶ Ad aliā rōnē. de iu-
dicio: q iudicium quo iudico aliqd esse bonum eligibi-
le ⁊c. Dōm q iudiciuz ⁊ electio sunt cause in eodem gene
re: ⁊ in eodē modo: quia iudiciū boni prosequibilis ⁊ ele-
ctio eiusdē sunt vnus actus: quia sunt cause eiusdem effe-
ctus, s. prosecutionis exterioris in eodem genere cause: q2
efficientis: ⁊ in eodem modo causalitatis: quia vtrūqz est
ppinqua causa. pbatio huius: quia quando aliqua causa
est vniuersalis ⁊ alia ppinqua respectu eiusdez effectus:
semper vniuersalis causa est causa plurium q̃ ppinqua:
sicut patet de sole ⁊ hoie in generatione hominis: q2 sol
est causa vniuersalis: ⁊ homo ppinqua: ⁊ sol est causa plu
riuz q̃ homo: sed iudicium ⁊ electio sunt cause eiusdē effe-
ctus ⁊ neutrū est pluriuz causa q̃ alterum. vnde cōuertū-
tur respectu effectus terminandi vel causandi. vt si iudi-
co hanc dationem esse bonam: scilz modificatam: ⁊ eligo
H eam: vtrūqz est causa illius dationis ⁊ non alterius. Aliq
dicunt h q iudicium est causa plurium q̃ electio: q2 iudi
cium est causa electionis ⁊ dationis: sed electio tñ est cau
sa dationis ⁊ non electionis: quia nihil causat seipsum.
Istud non valet: quia vniuersalis causa semper debz esse
causa plurium effectuū eiusdē speciei cuz effectu ad quē
cōcurrunt: vt patet de sole qui est causa pluriuz q̃ homo
qui sunt eiusdē speciei. Similr mā prima ⁊ propria sunt
causa eiusdez causati: ita q materia pma est causa pluriū
effectuum eiusdem speciei: quare si esset causa electionis
ipsum iudicium: tamen electio non est eiusdem speciei
cum datione. Et sic apparet q est vnius actus iudicium
⁊ electio in re absolute ⁊ essentialiter: sed differunt in re-
spectu: quia actus qui est principium exterioris prosecu-
tionis dicitur electio: sed idem actus quo ad conformi-

I tatem obiecti iudicati vĩ iudiciũ:sed de hoc hȝ videri.3° ethi. ¶ Ad aliã rõnem.si nõ esset dĩta aliqua tertia:tunc vnũ ꝛ idẽ oĩmode idẽtitatis posset simul esse ꝛ non esse. Illud cõcedit a multis ꝙ idē in codẽ instanti possit sil

T.cõ.120. ꝛ infra. esse ꝛ nõ esse:tamen sequẽdo pncipia Aristo.qbus credit demonstrare pmo celi:ꝙ nullũ semꝑ ens est corruptibi/le:oporteret dici ꝙ ipõle est ꝙ vnũ ꝛ idẽ ꝯ simul esse ꝛ nõ esse:supple in codẽ instanti temporis:cõponẽdo ly sil cũ esse ꝛ nõ esse.vñ ipse arguit sic.Si illud qð est semper ens esset corruptibile:tũc ꝯtingeret aliqd simul esse ꝛ nõ esse in codẽ instãti tẽporis:sed hoc est incõueniẽs ꝫ eũ. ꝯñtia pȝ:qꝛ semꝑ ens est in quolȝ instanti tẽporis.Mõ si esset corruptibile:tunc posset oĩno esse in aliquo instanti tẽporis:in quo ẽt põt esse cũ sit semꝑ ens:ꝛ codẽ mõ aliq

K ꝓbant ꝙ nullũ nõ semꝑ ens est gnãbile:qꝛ illud est ipos/sibile esse:qð si poneret inesse sequeret ipõle:sed ex hoc ꝙ aliqð gnãbile ponit nunꝙ̃ gnãri:sequit ꝙ in codem instãti ꝯ esse ꝛ nõ esse:qꝛ exquo ponit esse gnãbile:imo gnãbile põt in aliquo instãti esse:ꝛ illud sit a.Exquo aũt ponit ꝙ nũꝙ̃ gnãbit:tunc in illo instanti põt non esse:ꝛ sic simul põt esse ꝛ nõ esse.Et est ꝯtra fundamenta Aris. ꝛ sic Aristo.diceret ꝙ nõ videret aliud:cũ loquat nãlr:ꝛ ex sensatis:ꝙuis h̃ sit ꝯtra fidẽ ꝛ veritatẽ:sed de hoc nõ ad presens plus:qꝛ istud hȝ locũ magis.12.huius:ꝛ pmo celi.Et sic de hoc libro sexto.

¶ Incipit liber septimus. ¶ Qõ I.

T.ꝯ.p.ꝛ.2. ¶ Ens dicitur multipliciter ꝛc̃.

Queritur circa septimũ.Et qꝛ Aris. dicit dicta verba:põt q̃ri Utrũ substãtia est pmũ ens:sed qꝛ facile est pꝛtermittat:ꝛ querat circa illã ptẽ.Alia

L vero dicunt entia:co ꝙ talr entis vtrũ in/herentia accidẽtis sit essentia eius. ¶ Et arguit pmo ꝙ nõ. Illa nõ sunt idē essen/tialiter:quoꝝ vnũ precognoscit:ꝛ aliud demonstrat:qꝛ nihil vnum ꝛ idẽ precognoscit ꝛ demonstrat de subo:ex pmo posterioꝝ:sed inherentia accidẽtis demonstrat de subiecto:ꝛ essentia precognoscit:ꝙ inherentia accidẽtis demonstret:hoc habet per totũ librũ posteri.sȝ essentia accidentis vt passionis precognoscit:qꝛ mediũ demon/strationis ꝓcognoscit.ex pmo posterioꝝ:ꝛ diffinitio pas/sionis est mediũ demrationis:vt pȝ.scdo poste.ꝛ diffini/tio passionis sigt essentiã.ergo ꝛc̃. ¶ Itẽ.si inherẽtia ac/cidentis esset de essentia eius:tunc dicendo albedo inhe/rens esset nugatio:sed hoc est falsũ:qꝛ sic dicẽdo non est nugatio.ꝯñtia pȝ:qꝛ semꝑ nugatio habet fieri cũ essentia alicuius adiungitur sibi imediate:vt homo aĩal. ¶ Itē. illud qð predicat denominatiue ꝛ actualr de aliquo non

M. Tex.c.23. Caplo de per se. est idem essentialr cum eo:qꝛ essentia cuiuslibet predica/tur per se in pmo modo de illo cuius est.ex 5° huius:ꝛ p posterioꝝ:sed inherentia accidentis predicat denomina/tiue ꝛ essentialiter de accidente dicendo:albedo est inhe/rens.ꝓbatio huius:qꝛ oẽ cõcretũ accidentis predicatur accidẽtalr de aliquo subiecto vt sedens vel stans:sed in/herens est accidẽs ꝯcretũ:ꝛ nõ predicat de substantia vt de subiecto:qꝛ nõ dicit substantia est inherẽs.g̃ predicat de accidente:vt dicẽdo albedo est inherens. ¶ Itẽ.illud nõ est idẽ essentialr accidenti:qð põt separari ab co:ipso accidente manente:qꝛ essentia alicuius non põt separari ab illo:cuius est essentia:ipso manente:sed inherentia ac/cidentis potest separari ab ipso accidente per diffinitio/

Cap.4. nem accidentis:que ponit pmo topic. ¶ Accidens est qð ꝯ eidem inesse ꝛ nõ inesse:ꝛ sic non inesse qð est ꝓuatio inherentie ponit in diffinitione accidẽtis.ergo manente accidente ipsum põt nõ inherere. ¶ Sed tu dicis:ꝙ ac/ N

cidẽs ꝯ inesse per ꝑsentiaȝ ꝛ essentiam ꝛ existentiã:sȝ ꝯ nõ inesse per corruptionẽ. ¶ Cõtra hoc arguitur:quelibȝ particula diffinitionis põt per se cõpetere:ipso diffinito manente:vt homini per se cõpetit ꝙ sit aĩal ꝛ ꝙ sit ratio/nalis:sed nõ inesse est vna particula diffinitionis accidẽ/tis.ergo põt sibi competere accñte ipso manẽte. ¶ Itē: nullus respectus est essentia alicuꝰ entis abstracti:ꝛ hoc est naturalr intellectũ:sȝ inherentia accidentis est respe/ctus:vt pȝ per se:sed multa accidentia sunt abstracta:vt qualitas quantitas ꝛc̃. ¶ Itẽ.fundamentũ respectus est aliquid realiter ꝛ essentialr diuersũ preter respectũ:qꝛ nihil fundat seipsũ:sed inherentia accidentis est respe/ctus:ꝛ accidens est fundamentũ illius respectus. ¶ Itē. si inherentia accidentis esset essentia accidẽtis:tũc seque/ O

retur ꝙ quãtitas ꝛ qualitas non essent gnãlissima:sed h̃ est falsum ex predicamentis:ꝛ.5.ꝛ.6.huius.ꝯñtia patet:qꝛ Tex.ꝯ.14. 18.ꝛ.19.

inherentia vniuoce competit qualitati ꝛ quãtitati.ergo si inherentia esset essentia accidentis:tunc inherentia com/ Tex.cõ.4.

peteret istis vt essentia cõmunis vniuoca.modo illa que conueniunt in vna essentia cõmuni vniuoca nõ sunt ge/neralissima:quia habent genus superueniens.

Oppositum arguitur. Illud qð ponitur in diffi/nitione accñtis ꝛ nõ est eius subiec/tũ hoc est essentia eius:quia nihil videt poni in diffini/tione accidentis:nisi subiectum vel aliquid sui generis qð est de essentia accidentis:vel est met essentia:vt patet 5° huius:sed inherentia ponitur in diffinitione accidẽtis. ꝛ nõ est subiectũ eius:quia accidentis esse est inesse sub/iecto ꝛ inherentia non est subiectum accidentis:quia hoc est substantia. ¶ Itẽ.si inherẽtia esset aliquid diuersum ab essentia accidentis esset aliquid diuersum ab inheren/tia accidentis:tunc accidens posset intelligi ꝛ diffiniri si/ne subiecto.ꝯñtia pȝ:quia pro alio subiectũ non ponitur in diffinitione accidentis:nisi quia accidens inheret essen/tialiter subiecto.ergo si accidens inheret accidentaliter subo ad qd in diffõne accñtis poneret subm:

P

Ad questionem dicunt aliqui presupponẽdo duo.pmo pmittit ꝙ duplex est inherentia accñtis.s.aptitudinalis ꝛ actualis. Aptitu/dinalis est aptitudo ad inherẽdũ.Mõ iste due inherẽtie differunt vt dicunt:qꝛ demrãtio abstrahit ab inherẽtia actuali:qꝛ in demrãtione scientifica nõ demõstrat accñs ĩherere subiecto actualr:ꝛ hoc pȝ:qꝛ demrãtio abstrahit ab actu existẽe:qꝛ dato ꝙ aliqd nõ existat in rerũ natura adhuc esset vera demrãtio de ipso:vt dato ꝙ nullus hõ existeret adhuc esset vera demonstratio que demonstra/ret ꝙ hõ est risibilis. ¶ Itē.dato ꝙ nullus esset triangu/lus in materia adhuc esset vera demrãtio demonstrans ꝙ triangulus hȝ tres.Modo actualis existẽtia est actua/lis inherẽtia accidẽtis:sed demõstratio sciẽtifica nõ ab/strahit ab inherentia aptitudinali:qꝛ in demonstratione scientifica accñs demonstratur inherere subiecto aptitu/dinalr.scdo ꝙ aliud est esse idem essentialiter cum alio:ꝛ esse de essentia eius formaliter.Quia illud dĩ esse de eẽn/tia alicuius formaliter:qð ponit in diffinitione eius qddi/tatiua:vt animal ponitur in diffinitione hominis:sed idẽ essentialiter cum alio est illud quod non potest separari ab eo:imo separatio eius ab eo includeret contradictio/nem.vnde dicunt ꝙ ꝓpria passio bene est idem essentia/liter cum subiecto:sed non est de essentia eius:quia pro/pria passio nõ ponitur in diffinitione subiecti.

Oplo Scot in.7.sue met. qõ.pma.

Q

Per hoc ipsi dicunt ad questionem quatuor. Primo ꝙ neutra inherentia:nec actualis:nec aptitudinalis est de essentia accidentis. Et

A ratio est prius tacta: quia nullus respectus est de essentia alicuius absoluti: ita q ponatur in diffinitione eius: sed quelibet inherentia siue sit actualis siue aptitudinalis est respectus alicuius fundamenti. s. accidentis: et accns est fundamentu absolutu istius inherentie. C Ite tuc qualitas et quatitas no essent generalissima: et deducat vt prius. C 2° dicit q inherentia aptitudinalis est ide essentialr et realr cu accnte. Et ca est: aptitudo nalr est ide entialr cu illo: cuius est aptitudo: qz risibilitas est aptitudo nalis hois ad ridendu: et est ide essentialiter cu hoie. pbatio huius: qz illa sunt eade essentialr: que eade generatione gnant: et eade corruptione corrumpunt: sed aptitudo nalis eadez generatione gnat cu illo: cuius est aptitudo nalis vt risibile cu hoie: et similr eade corruptione corrumpit. minor de se pz. C 3° dicunt q inherentia actualis no est ide realiter et essentialr cu accidente absoluto. Et ro est. Illa non

B sunt ide essentialr: quoz vnu corrupit: et aliud manet incorruptibile: qz no est intelligibile q aliqua sint eadem essentialr et vnu corrupat alio remanente: qz tuc esset corruptu et no corruptu: sed inherentia actualis corrumpit remanente accidente absoluto: vt in sacrameto altaris no est inherentia actualis: qz no manet suba panis: et tn manent accidentia vt albedo figura: et hmo in hostia. C 4° dicunt q inherentia actualis est idem essentialr et realiter cum accidente respectiuo. Et ro est. Ille respectus est ide essentialr cu subiecto: cuius separatio includeret 3dictione: sed separatio respectus: et inherentie actualis accidentis respectiu ad subm includeret 3dictione. ergo est ide centialr cu accidete. maior est manifesta: qz separatio alicui9 ab aliquo no includit 3tradictione: nisi quia est ide essentialiter cum eo. minor pz: qz respectus essentialr est habitudo: sz habitudo est duoz. vnius vt termini: alterius vt subiecti. vn si actualis inherentia accidentis respectiui separaret ab accidente: tunc inhereret et no inhereret: que sunt 3dictoria. C Notandu q vid esse dubia circa istaz

C positione. Et pmo 3tra hoc q distinguit de actuali inherentia et aptitudinali. Et dicunt q demostratio abstrahit ab inherentia actuali et no ab aptitudinali: no videt valere q demonstratio abstrahat ab actuali existentia: et q demonstratio sit de hoie q sit risibilis nullo hoie existente: no valet: qz scientia no est de no ente. Mo si demonstratio abstraheret ab actuali existentia vt q demonstratio esset de hoie q esset risibilis nullo hoie existente: tunc esset no ens: qz qn ho no est sm actuale existentia: tuc no est ens: et sic de no ente esset scientia. vn si accides posset esse sine actuali existentia: tunc vel esset aliqd vel nihil: si nihil pro nihilo relinquat. si aliqd vel est in subiecto vel non est in subiecto: per sufficiente diuisione. si est in subo: tunc hz existetia actuale. si no est in subiecto: tunc est substantia: qz pprium est substatie non esse in subiecto. C Sz dices: q rosa est in hyeme: et tamen no hz actuale existentiam. Dom q hoc est falsuz: qz nunqz est aliqua hora qn oes spes que pertinent ad perfectione vniuersi: qz si rosa

D no est in hyeme in isto climate: tn est in alio climate vbi est aer teperatus: qz dicit Lynco. pmo posterioz. verisile

Lyncon. p° posterioz. Capi. 7.

est oes spes mundi remanere in qualz hora tepozis. alioquin vniuersitas no esset pfecta. vn dato q nullus homo esset. si esset adhuc vera: ho est risibilis: tunc risibile vel est ens vel nihil: per sufficientem diuisione: si est ens vel est ens in subiecto vel no in subiecto: ista est diuisio sufficiens: qz datur per 3tradictoria: si no est in subiecto: tunc est idea p se subsistes si est in subiecto: tunc hz actualem inherentiam. C Aliud est dubiu de pma 3clone. que fuit q inherentia accidetis no est essentia eius: qz nullus respectus est de essentia alicui9 abstracti. C Ista ro no valet: qz hu verum est q inherentia non est de essentia alicuius totaliter abstracti. Tu dicis: q accidens est abstractum

E verum est a termino extrinseco: sed no est abstum ab inherentia ad subiectu. vn nullu accides abstrahit ab inherentia ad subiectu: et per 3ns nullum accns est abstractu a subiecto: et sic ipsi petunt. vn hu veru est q respectus no est de essentia alicuius totaliter abstracti a termino extrinseco et a subiecto: sed qd est abstum a termino extrinseco et no a subiecto: qd est aliqualiter intrinsecu no est verum: quia respectus no sit de essentia illi9: qz albedo: lz no habeat respectu ad terminu extrinsecum vt pater respicit aliquid extrinsecum: sicut filium: tamen hz respectum ad subm: et sic no valet illa ratio. C Ad vltimum est 3tra rationem scde 3clusionis cum dicitur q aptitudo naturalis etc. Dicendum q oppositu est veruz. s. q aptitudo naturalis realiter et essentialiter differt a subiecto. Quia illa sunt diuer

F sa realiter et essentialiter: quoru est vnus respectus aliud abstractum: sed aptitudo naturalis est respectus et subiectu est quid abstractu: quare ratio no valet. C Ad pbationem. Illa sunt eadem essentialr: que eadem generatione generantur etc. Ista ratio non valet: quia pbaretur q quantitas et substantia essent eade essentialiter: qz eadem gnone gnantur: quia qz cito fit substantia: tam cito fit quatitas: et etiam corrumpunt eadem corruptione. Unde dom est ad maiore. Illa que eadez gnatione etc. Concedit: si eque primo generantur eade gnatione et corrumpuntur eque pmo eade corruptione. Sed si generantur et corrumpuntur eadez generatione et corruptione: sm prius et posterius non valet. Tu dicis: aptitudo nalis etc. Conceditur: in eodem subiecto: et eodem instanti generant: sed tamen sm prius et posterius: quia subiectum naturalr prius gnatur passione et aptitudine naturali: quia subiectu est causa illius accidentis: et causa naturalr prior est effectu ex predicamentis. ergo illud dictu non valet. C Aliud est dubiu

G de tertia 3clusione: q inherentia actualis no sit ide essentialiter et realiter cum accidete abstracto. qcquid eniz sit de conclusione: tamen modus pbandi no videt esse philosophicus. Quia per illud qd fit per potentiaz dei et miraculose illud capiunt et resoluunt in ipsuz tanqz in vltimuz pncipium. vn hoc non est philosophicuz pncipiuz. vnde accidetia manent in sacramento altaris hoc no cocederent oes leges: nec ex negatione eius punirentur et vituperarent: quia no est sensibile et non pot conuinci ex sensatis. vnde hoc no est naliter: sz miraculose: et est opus omnipotetis dei et est fides nostra et veritas. vnde hoc firmiter credere debemus sine omni demonstratione reuerenter sacre ecclesie doctoribus assentiendo. vnde p hoc q hoc credimus: et no potest demonstrari habemus meritum. vnde illud no est naturale pncipiu in qd resoluit: sed supernaturale et miraculum. vnde Aristo. et Comentator naturaliter loquentes hoc non viderunt: vt habet videri philosophice ex sensatis.

Dimissa ergo ista opinione. Dicendum est ad questionez sm mentem Aristo. et Comentato

H ris: q inherentia actualis accidentis est eius essentia. Et ratio est. Inherentia actualis accidetis ad subiectuz vel est idem ipsuz qd accidens essentialiter: vel aliud. Si est illud ipsuz q accides habetur ppositum: si est aliud: tuc queretur de illa inherentia: quia vel est aliquid vel nihil: non est nihil: qz pro nihilo relinqueret: nec hoc est intellectu naturaliter. ergo est ens vel substantia vel accides. ista est ppa diuisio entis et sufficiens. No potest esse substantia: quia accidens no inheret substantie per substantiam: quia esset absurdum. Si est accidens: tunc inheret subiecto: tunc queratur de illa inherentia: vel est eadem

I essentialiter cũ accidente: vel alia. Ista est sufficiens diuisio. si idẽ standũ fuit in p°. si aliud: tũc est aliqd: qr nõ nihil: aut ĝ suba: aut accñs: nõ substãtia vt pus: ꝛ sic in infinitũ: qd est inconueniens in essentialr ordinatis: ꝛ que sil sunt: mõ suba ꝛ accñs ꝛ inherẽtia accñtis sunt eẽntialr ordinata ꝛ sil sunt: q̃re vel opꝫ dicere ꝙ inherẽtia accidentis sit de essentia eius: vel ire in infi^m. ℂ Itẽ. illud est eẽntia accñtis quo formalr accñs est ens: nihil eniꝫ est formaliter per illud qd est extra essentiã eius: sed accñs formaliter est per actualẽ inherentiã: qr accñs est eo ꝙ est entis vt quãtitas est eo ꝙ entis aliqd vt sube: ꝛ silr quantitas. mõ ly in eo ꝙ est reduplicat inherentiã. ℂ Item. si inherentia qua albedo inheret subo esset supaddita albedinẽ tunc inherentia inhereret albedini: qr aliter nõ daret eẽ

K albedini ꝙ inhereret formalr. ℂ Ex hoc arguit: si inherentia inheret albedini vel hoc est ꝙ inheret seipsa vel p aliud diuersuꝫ: per sufficientẽ diuisionẽ. si dicat p mõ ꝙ inherẽtia albedinis inhereat seipsa: tũc ẽt standũ fuit in pmo: ꝙ inherẽtia p fuit inherentia accidentis: si per aliud inheret: tunc quereṫ de illo alio: ꝛ sic in infi^m: qd est ipoẽ in essentialiter ordinatis vel que simul sunt: vt sunt inherentia accidentis ꝛ subiectum.

Et tunc ad rõnes. Ad pmã. Illa nõ sunt idẽ essentialiter ꝛc. Cõcediṫ. Tu dicis: ꝙ inherẽtia ꝛc. Cõcediṫ: ꝙ inherẽtia actualis demõstraṫ: qr qñ demonstro hoiem esse risibilẽ demõstro risibile iexistere actu: dicis ꝙ essentia accñtis ꝛc. nõ valꝫ: qr demõstraṫ. Dicis: ꝙ diffinitio ꝛc. Dõm ꝙ verũ est in demonstratione quo ad nos: sed simplr ꝛ in demõstratione finali ꝛ potissima diffinitio subiecti est mediũ: ſꝫ qcqd de hoc: tñ nõ pbat:

L qr mediuꝫ demrõnis nõ simplr pcognoscit: sed in respectu. vñ mediũ demrõnis nõ simplr precognoscit: qr qd qd est inuestigaṫ: vt pꝫ scdo posterioꝝ. ĝ nõ precognoscit: qr precognitio est cognitio nõ inuestigabilis ex pncipijs illius scie. p posterioꝝ. ℂ Ad aliã. si inherentia accidẽtis ꝛc. Dõm ꝙ est nugatio inquãtũ est ex pte rei ꝛ nãe: qr dñdo: albedo inherens sensus est albedo albedo: sed excusaṫ pp maiorẽ expressionẽ: qr dñdo albedo inherens parieti sensus est albedo: albedo parietis: ita ꝙ excusaṫ pp maiorẽ expressionẽ. Aliter posset dici: ꝙ lꝫ ista sint eadẽ essentialr albedo: ꝛ inherẽtia: tñ fm aliũ ꝛ aliũ modũ signi figñaṫ: ꝛ ille ipedit nugationẽ: sed prior solo est melior. ℂ Ad aliaꝫ rõnẽ. illud qd pdicaṫ denominatiue ꝛc. Cõcediṫ. Tu dicis: ꝙ inherentia pdicaṫ denominatiue de accidenti. Dõm ꝙ nõ: qr qñ dr albedo est inherẽs non est denominatiua pdicatio ꝛ accñtalis: sed essentialis: qr tñ est dictũ albedo est inherẽs. i. albedo est albedo. Tu dicis: cõcretũ predicaṫ de subiecto. Dõm ꝙ lꝫ cõcretum

M prediceṫ de subiecto aliquo modo vt substantia que est subiectum inherentie: quia substantia inheret. idest substantia substat inherentie: ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ dicam albedo est inherẽs. i. inens sube q̃ est subiectũ inherentie. ℂ Ad aliã rõnẽ. illud qd põt separari ab alio ꝛc. Cõceditur maior. Tu dicis: ꝙ inherẽtia ꝛc. Dõm ꝙ accidẽs põt nõ inesse ipso accidente remanẽte: qr qñ nõ inest: tũc corrumpiṫ. ℂ Ad pbationẽ: quelꝫ pticula diffinitionis ꝛc. Cõcediṫ. si sit diffinitio essentialis ꝛ pmo: sed si est descriptio: nõ opꝫ: ſꝫ ista nõ est nisi descriptio quedã. vñ nõ inesse subiecto nõ cõpetit accñti: nisi ipso corrupto. ℂ Ad aliã rõnẽ. nullus respectus ꝛc. verũ est si sit totalr ab^{tum} ꝛ a termino extrinseco ꝛ subiecto: sed si nõ sit ab^{tum} a termino ꝛ nõ a subiecto: nõ opꝫ. Ad minorẽ. Dõm ꝙ accidens nõ est ab^{tum} oĩno: lꝫ multa sint accñtia ab^{ta} a termino extrinseco: nõ tñ sunt ab^{ta} a termino intrinseco. s. a subiecto: qr oĩa depẽdent ad subm: sed respectus hꝫ etiã respectũ

N ad terminũ extrinsecũ ꝛ ad subiectũ: qr proprius relationis est tanq̃ ad aliquẽ terminũ esse relatũ: sed accidẽtia alia: qr nõ sunt ab^{ta} a subiecto. ergo ipsa sunt met ille respectus ꝛ inherentia. ℂ Ad aliã rõnẽ. fundamentũ respectus ꝛc. Cõcediṫ. si est respectus ad terminũ extrinsecuꝫ: sed si est respectus ad subiectũ: ꝛ ille respectus informaṫ vt perfectio perfectibili: nõ opꝫ esse diuersuꝫ: sed est ideꝫ essentialr: nõ sic est in pposito ꝙ accñs est fundamentũ respectus nõ ad terminũ extrinsecũ: qr respectus ad subiectuꝫ: qd est informatũ illo vt perfectibile. ℂ Ad aliam rõnẽ. si inherentia esset essẽtia ꝛc. ꝯñtia negaṫ. Et tu probas inherentia predicaṫ vniuoce: falsuꝫ est: sed predicaṫ equiuoce pure vel analogice. vñ qualitas est ihẽrẽs: tãtũ est dictũ. idest qualitas est qualitas: ꝛ quãtitas est inherẽ

O tia. idest quãtitas est quãtitas: ꝛ sic per diuersas rõnes pdicaṫ de his: sicut etiam est alia ratio quantitatis ꝛ qualitatis: sic inherentie in cõmuni. ℂ Rationes in oppositũ conceduntur. Et hec de qõne. ℂ Questio. II.

Consequenter queritur circa eandẽ particulã. vtruꝫ hoc veruꝫ est possit predicari de accidẽte in ab^{to}. ℂ Arguiṫ pmo ꝙ nõ. De illo non diciṫ est cui repugnat esse per se: qr esse per se predicat esse per se existens: cum esse sit terminus analogus ad esse per se existens ꝛ inherens: sed accidenti in abstracto repugnat esse per se ꝛ separatim: cum accidentis esse sit subiecto inesse. ℂ Item. hoc arguiṫ auctoritate Arist. in litera dicentis: ꝙ accidentia non sunt entia: ſꝫ quid entis: ꝛ posset syllogiçari: de quo non predicaṫ ens: nec esse: qr esse ꝛ ens idẽ sunt: cũ esse sit accidens entis: sed de accidente in abstracto non predicaṫ ens: ex dicta auctoritate. Tex.c.2.

Oppositum arguiṫ. Illud qd est ens hoc est: qa esse ꝛ ens sunt idem: ꝛ de quo predicatur ens: ꝛ esse: sed accidentia in abstracto sunt entia: qa si non: tunc esset non ens.

P **Ad qõnem** dõm duas conclusiones. Primo ꝙ si esse accipiṫ per se existẽs ꝛ separatuꝫ: tunc nõ predicaṫ de accidente in ab^{to}. Rõnes per quas pbatur pma ꝯclusio tacte sunt in pncipio qõnis: que nõ resumunṫ gratia breuitatis. ℂ Scdo dõm: ꝙ si esse capitur pro scdario sigto vt pro esse inherenti sic predicatur de accidente in ab^{to}. Et ratio est: de accidente in ab^{to} predicatur esse vel non esse: per sufficientẽ diuisionẽ: que datur per cõtradictoria: sed de ipso nõ predicaṫ non esse: qr nõ dico albedo nõ est cuꝫ habeat esse in rerũ nã. ergo eẽ. ℂ Itẽ. illud qd est ens: hoc est. per Aristo. 5. huius: ꝛ scdo peri hermenias. vbi diciṫ: ꝙ non differt esse ambulans ꝛ ambulat: ꝛ est cõualescens ꝛ conualescit. similr nõ differt dicere est ꝛ ens: sed accidentia in ab^{to} sunt entia: quia ens predicaṫ de decem predicamẽtis: cuꝫ sit cõmune ad ea. Tex.c.14. ℂ Notandũ ꝙ hic sunt duo dubia. pmũ. Predicatũ debetur termino fm ꝙ sigtur res per terminũ: qr terminus qd subijcit ꝛ predicat sigt. pmo poste. sed esse nõ debetur

Q accidenti in ab^{to}: vt sic sigtur: qr accidẽs in ab^{to} sigtur nõ inherens ad subm: ꝛ ita esse non competit sibi. ℂ Aliud est dubiũ. esse est termin^9 analogus ad esse per se existẽs ꝛ inherens: qr per pus dr de esse qd per se existit: sicut ẽt ens prius sigt subam. ℂ Ex hoc arguiṫ terminus analogus per se sumptus stat p pmo sigto: sed p^m sigtũ huius: qd est esse: est esse p se existẽs: cũ accipiaṫ esse p se ꝛ sine determinatione ꝯhente ipsuꝫ. ℂ Dõm est ad ista dubia. Ad pmũ cum diciṫ: predicatuꝫ debeṫ termino ꝛc. Concediṫ: vt sic. Tu dicis: ꝙ accñs in abstracto sigt rem non vt est inherens. Dõm ꝙ lꝫ res significetur in abstracto fm esse ab^{tum} hoc tñ est fm intellectũ: qr itellectus intelligit res

A distincte nō intelligēdo subam cui inheret:tū nō significatur sub illo mō.vt extra intellectū nō sit inherēs:q2 ista significatio eēt falsa.vñ itellectus bñ distinctiz pōt apphēdere illa que sūt ꝯiuncta extra ꝛ distinctiz iponere ad significandū nō ꝙ significat extra aiam ista distinctiz:ꝛ sic nō obstante ꝙ albedo significat accidēs ꝑ modū abstracti:ſm intellectū:tū nō repugnat sibi esse inherēs extra aiam:imo necessario inheret.vt dicēdo.albedo est.sēsus ē ꝙ est īherēs.¶ Ad aliud dubiū dōm ꝙ terminus analogus ꝛc̄.Dōm ꝙ verū est qñ nō addiť determinatio cōtrahēs ipm:nec me^te:nec ime^te.Et tu dicis:ꝙ eē est terminus analogus.Conceditꝰ:ꝛ cū dicis:ergo stat pro eē ꝑ se existēt:nō est verū:q2 ex pte subiecti contrahiť ad secundariū significatū:q2 albedo est accidēs.ergo cōtrahit esse ad z^m significatū qð est inherēs. ¶ Notandū ꝙ sic

B dicēdo ad questionē.pz cōcordātia duarū opinionū.quarū vna est ꝙ esse nō predicať de accidēte in ab^to.alia est ꝙ esse predicať de accidente in ab^to:ꝛ sic ista opinio est media:q2 conuenit cum vtraq3.

Ad rationes in oppositū.¶ Ad primaz:de illo nō predicať est ꝛc̄.negať:q2 eē est cōmune ad esse ꝑ se existēs:ꝛ ad eē inherēs.¶ Ad ꝓbationē pz ex solutione scdi dubij q2 esse cōtrahiť ad z^m significatū ꝑ subm.ergo rō nō ꝯcludit.¶ Ad aliā.de quo nō predicať ens ꝛc̄.Conceditꝰ.Tu dicis:ꝙ de accidēte in ab^to nō predicať ens.negať:imo de necessitate ens predicatur de omni accidente.Et tu dicis:ꝙ ens stat pro suba.Dōm ꝙ verū est qñ per se sumiť:ita ꝙ nō ꝯtrahiť ad z^m significatū:nec mediate.nec imediate.Mō ħ cōtrahitur ens per subm ad secundariū significatū vt ad ens inherens.sicut visum est. ¶ Questio. III.

Tex.c.4. ¶ Multiplr quidē igiť diciť ꝙ primū ꝛc̄.

C **Onsequenter** queriť circa hanc partē.vtrū suba sit ṗor accidēte notitia.¶ Arguiť ṗmo ꝙ non.Illud qð ꝑ alterū notificať nō est ṗus eo qð notificať ſm notitiā:q2 notificās dz eē notiꝰ notificato.ex ṗmo poste.s3 suba notificať ꝑ accidētia:q2 accidētia magnā partē ꝯferūt ad cognoscendū qð qd est.

Tex.cō.21. ex ꝓhemio de anima.Silr Cōmentator ait.6.huius:ꝙ i

Cōm.6°. scientijs naturalibꝰ nō cognoscunť sube rerū nisi ex posteriorībꝰ.i.accidētibꝰ:ꝛ subdit ꝙ tales modi demōstrationum dicunť signa.i.demōstratiōes:q2 ergo accñs ṗus est suba ſm notitiā.ğ ꝛc̄.¶ Itē illa que sunt diuersa gñe

Tex.c.31. non sunt cōparabilia.per Aristote.7.physicorū:vbi vult ꝙ comparatio nō fit nisi in specie athoma:s3 substantia ꝛ accidens sunt diuersa genere.hec est nota.ergo substantia ꝛ accidens nō comparanť.ergo substātia nō est prior accidente notitia.

Tex.cō.4 **Oppositum** vult Aristo.in lrã vbi dicit.Multipliciter quidē igiť ꝙ ṗmū ꝛ substātia oīuz primū nã notitia ꝛ tēpore.¶ Notandū ꝙ subaz ṗcedere accidēs notitia nihil aliud est:nisi ꝙ notitia sbe.prior est notitia accidentiū.S3 notitiā substātie ṗcedere notitiā accidētiū pōt itelligi duplr.vno modo ꝙ notitia sube in itellectu ṗcedat notitiā accidētis via generatōis.Scdo mō pōt itelligi ꝙ notitia sube in intellectu ṗcedat notitiā accidētis via ꝑfectionis ꝛ dignitatis.

D **Tunc dicendū** est ad questionē.ṗ ꝙ sba nō ṗcedit accidens ṗmo mō.Et rō est:qð notificať per accñtia:ita ꝙ cognitio eius depēdet ex cognitiōe accidentiū nō est ṗus accidēte ſm notitiam ṗmo mō:q2 notitia ṗncipiorū prior est via generationis notitia cōclusionū.ṗmo posterio.q2 diciť.ōis doctrina ꝛ ōis disciplina fit ex ṗcedenti cognitiōe:s3 suba notificať ꝑ accidētia.i.notitia eius est in itellectu:ꝛ depēdet ex cognitiōe accidentiū:q2 itellectꝰ nō accipit cognitionē sube nisi ṗaccipiat cognitionē accidentiū ꝓpriorū ꝛ eēntialiū:ꝛ hoc pz per dictū Cōmētatoris ṗus allegatū.¶ Secundo dōz:ꝙ suba pcit accñs scdo mō.Et ratio est.Illa notitia que est ꝑfectior est ṗor ordine dignitatis:q2 hoc mō aliquid intelligiť esse ṗus ordine dignitatis quod est prius ordine ꝑfectionis:s3 cognitio substātie ꝑfectior est cognitione accidentiū vt pz ꝑ Cōmentatorē.7.huius.vbi exponēs predictū passuz dicit sic.ꝙ scire indiuiduū substantie per sua vlia substātialia est ꝑfectius ꝙ̄ scire illud per vlia accidētalia.v3.g.cū voluerimus scire hoiez si sciuerimus ipm esse aliquā nãm substantialē.v3.g.scire ipz per hoc ṗdicabile substātie est ꝑfectius ꝙ̄ scire ipm quale:aut quantū esse:aut vbi:aut aliud predicabiliū accidētium:tunc addit.ꝙ scire hāc substātiā per suas dispōnes substātiales est ꝑfectius ꝙ̄ scire eam ꝑ suas dispōnes accidētales:ꝛ in quibꝰ verbis notāda sunt duo.Primo cū dicit ꝙ cognoscere subam ꝑ suas dispōnes substātiales ꝛc̄. Illud est contra aliquos qui volunt ꝙ oēs dispōnes sint de genere accidentiū:qð est falsum ſm dictū Cōmentatoris:q2 vult ꝙ dispositiōes alique sint substantiales que sint de genere substātie.Secūdo dicit i plurali per suas dispositiōes substātiales ꝛc̄.vult ꝙ plures dispōnes substantiales sint in isto:ꝛ ille dispōnes nō sunt materia:q2 materia est subm.ergo ex quo sunt de genere substantie:opz ꝙ sit formale.ergo vult ꝙ plures forme substātiales sint in eadē re:qð est cōtra negātes pluralitatē formarū.¶ Notandū ꝙ ex scda cōclusione sequiť ṗma:q2 in eodem subiecto qð est prius ordine ꝑfectiōis hoc est posterius ordine generationis.¶ Notandū vlterius ꝙ sicut in materia ṗma corporali accñtia realia prius inducunť ꝙ̄ forma subalis perfecta:sic in intellectu materiali prius recipiť cognitio accidentiū ꝓpriorū ꝙ̄ cognitio sube:q2 cognitio illa accidentiū est dispositio ꝛ preparatio necessario requisita ad cognitionē substātie:q2 accñla magnā partē ꝯferūt ad cognoscēdū qð quid est.Et dicit magnā partē cōferunt:q2 ipsa tñ ṗparant ad intellectionē sube ꝛ nō cāūt eam:s3 alia requiruntꝰ vt cā agens vt intellectus agens ꝛ obz.¶ Notandū vlterius ꝙ Cōmentator dicit in loco ṗallegato q2 dispōnes accidentales non queruntꝰ ꝓpter se:s3 ſm ꝙ sunt dispōnes sube demōstratæ:s3 ṗmū quesitū ꝛ ꝓpter se est suba demōstrata:s3 qð est per se est perfectius ꝙ̄ illud qð est ꝓpter aliud.¶ Per hoc pz ad auctoritatem Aristote.ꝙ substantia est prior notitia ꝛc̄.hoc est via perfectionis.

B Cōm.ṗ° in 6° huiꝰ.

Cōm.4

F

G

Cōm.4.

Ad rationes ¶ Ad primaz pz ex dictis:q2 accidens notificat subam via gñōnis vt dictū est in positione.¶ Ad z^m.illa que sunt diuersa genere ꝛc̄.Dōm ꝙ cōparatio ꝓprie dicta tñ fit ſm spēz specialissimā:s3 comparatio large accepta ꝛ extēsiue pōt esse eoꝝ que differūt genere vel spē:vel si sunt diuersa genera:tñ ꝯueniunt in aliquo analogo:ꝛ maxime comparatio que est ſm prius ꝛ posterius:q2 per hoc distinguitur analogū ab vniuoco ꝛ equiuoco qð dicitur de multis ſm prius ꝛ posterius:cū igiť ens dicitur analogice de suba ꝛ accidente pñt comparari sub ente ſm prius ꝛ posterius.Et sic de hoc. ¶ Questio. IIII

H

Onsequenter queriť.Utrū suba ṗcedat accidentia diffinitione.¶ Arguiť ṗmo ꝙ nō.Illud qð poniť in diffinitiōe alicuiꝰ est notius quo ad nos:alr diffinitio nō notificaret diffinitū ex notioribus ꝙ̄ ad nos:s3 ex hoc est de rōne diffōnis qð no Tex.cō.4

I tisicet diffini^m ex nobis notiorib^9.z.poste.t.7.hu^9:ſʒ ſba
Tex.c.10. nõ est notior accidẽtib^9 quo ad nos:ſʒ eõ accñia sunt no-
T.c.z tiora quo ad nos.vt pʒ p̊mo phy.ꝛ p̊mo de aia:accñia ma
t.57. gnã partẽ ꝛc.Et Cõmẽtator hoc idẽ vult i.6.hu^9.vt alle
T.co.11. gabat in pcedenti qõne.ꝙ in sciẽtijs nãlibus sube notifi
canẽ ex accñtibus.ḡ suba nõ est ṗor accidẽtib^9 diffõne:
q̃re nõ ponit̃ in diffõne accñtiũ.℄ Jte3:accñs põt eẽ si-
ne suba.ḡ ẽt diffinit̃ sine suba.añs pʒ:q2 qõ põt p̊ma cã cũ
z^a.hoc põt ẽt sine ea:q2 da oppositũ ꝙ p̊ma cã nõ possit
hoc sine z^a.tunc p̊ma cã cũ z^a sit vel eẽt aliqd pfectius q̃ʒ
sola p̊ma cã:ſʒ hoc est falsuʒ:q2 p̊ma cã simplr est pfectũ
ens:q2 nõ hʒ hyperbolẽ:ꝛ excessũ.ḡ p̊ma cã ꝯgregata cũ
scða nõ erit aliqd pfecti^9 q̃ʒ sine scða cã ꝛ sola:ſʒ cã p̊ma
cũ scða põt causare accñs vt p̊ma cã cũ homine põt cau-
sare risibilitatẽ:q2 subʒ hʒ causalitatẽ sup accidẽs: quare
p̊ma causa põt causare accidẽs sine subo.℄ Jtem qõ est
K ex̃ essentiã accidẽtis nõ dʒ poni in diffõne eius: q2 diffõ
est oratio idicãs qd est esse rei.ḡ qõ est extra essentiã dif
finiti nõ ponitur in diffõne ei^9:ſʒ suba est extra essentiaʒ
accñtis:q2 essentie p̃dicamẽtorũ sunt impmixte.

T.c.4 **Oppositum** pʒ auctoritate Aristo.in p̃dicta lr̃a. Multiplr quidẽ igit̃ ꝙ p̊mũ di:ſʒ substantia omniũ primũ ratione.

Dicendum est ad questionẽ ꝙ ex nã rei suba p̃-
cedit accñs diffõne:ꝛ hoc pʒ ratiõe
Aristo.quã format Cõmẽtator.illud est ṗus altero diffi-
nitione qõ ponit̃ in diffõne ei^9:q2 sic intelligimus aliquid
esse prius diffinitione:qõ ponit̃ in diffõne alicui^9:ſʒ suba
ponit̃ in diffõne accidentiuʒ.pbatio hui^9:q2 accñia diffi
niuntur p illud per qõ ꝯstituunt̃ in esse:ſʒ accñtia cõstitu
untur in esse per subam:q2 suba est cã accidentiuʒ intrĩ
L ꝙ accñtia nõ sunt entia:nisi q2 entis.℄ Notandũ ꝙ ali-
ud est esse ṗus notitia ꝛ aliud ṗus diffõne:q2 aliqd dicit̃
esse ṗus notitia cognitiõe cõfusa:ſʒ ṗus diffõne est prius
cognitione dearticulata ꝛ determinata:ꝛ sic multũ refert
dicere ꝙ suba p̃cedat accidẽs notitia.i.cognitiõe cõfusa:
ꝛ suba p̃cedit accñs diffõne.i.cognitiõe dearticulata ꝛ di
stincta.vñ sicut suba p̃cit accidẽs notitia ꝯfusa:ꝛ hoc or-
dine dignitatis.sic suba p̃cedit accñs diffõne.i.cognitiõe
distincta:ꝛ hoc ẽt ordine dignitatis:ſʒ ecõuerso est de ṗo-
ritate accidẽtis quo ad ordinẽ generatiõis.

Ad rationes in oppositũ.℄ Ad primam.Jllud qõ ponit̃ ꝛc.Dõm ꝙ illud per qõ
alterũ notificat̃ põt intelligi duplr.vno mõ qõ per illud
notificet̃:ita ꝙ cognitio eius p̊mo recipiat̃ in potẽtia pti
cular i que cognoscit prius illud q̃ʒ aliud:ꝛ tunc cognitio
alterius p̃cedit ab illo.alio mõ põt intelligi ꝙ cognitio
eius aliquo ordine.s.pfectionis est in nobis.mõ si intelligi
tur ꝙ suba prior est accidẽte diffõne.i.cognitio sube ṗus
recipiat̃ in sensu pticulari q̃ʒ cognitio accñtis:sic non est
M verũ ꝙ sensus pticularis nõ cognoscit subaʒ.℄ Sʒ vtꝫ
virtus cogitatiua hẽat cognoscere subam: ingrendũ3 est
z^o t.3.de aia.Vñ dõm sic:qõ ponit̃ in diffõne alteri^9:non
opʒ ꝙ sit notius quo ad nos:ſʒ intelligit̃ z^o mõ: ꝙ illud
qõ ponitur in diffõne alicui^9 dʒ esse notius aliquo ordi-
ne vt pfectionis:ꝛ sic suba notior est accñte ſm intellectũ
ordine pfectiõis.Et tu dicis:ꝙ suba nõ est notior accñte
ꝛ prior.Concedit̃:cõparãdo potẽtias adinuicẽ vt sensiti-
uam ꝛ intellectiuã:ſʒ ꝯparando ad potẽtiã intellectiuam
tñ:sic cognitio sube est prior ordine pfectionis:ꝛ hoc suf-
ficit ꝙ suba ponatur in diffõne accñtis.℄ Ad aliã rõnẽ:
accñs põt esse ꝛc.negat̃ ſm Aris.q2 passiones nõ sunt se-
parabiles a substãtia ꝛ p passiões intelligunt̃ oĩa accidẽ-
tia.vñ accñtia non pñt existere sine subto:q2 accñs inhe-
rens est:vel q2 accidentiũ inherẽtia est eorũ eẽntia.vt di
ctũ est de actuali inherẽtia in p̃cedentib^9.℄ Ad pbatio- N
nem.quicqd põt p̊ma cã ꝛc.Dõm quicqd sit de ꝯclusio-
ne in se:q2 est vera:ſʒ Aristo.nõ ꝯcederet eã cũ naturalr
loquatur ex sensatis.vñ p̊ma cã imediate põt facere oĩa
sine z^a cã:ꝛ accñs sine subto:tñ rõ nõ cõcludit:q2 hoc eẽt
tollere oium ordinẽ ꝛ opationes rerũ ꝓprias:ꝛ per cõse-
quens qdditates.si p̊ma cã que facit actu cuʒ scða posset
facere hoc sine ea.Tu pbas:q2 da oppositũ.Dõm ꝙ se-
quitur totũ ꝯtrariũ:q2 p̊mã cãm cũ z^a cãre aliqd est iper
fectius q̃ʒ cãre eã solã:q2 causata tñ elongata sunt a pfe
ctione p̊me cãe ꝙ imediate nõ pñt pduci a p̊ma sine ali-
qua cã impfecta z^a.vñ cũ p̊ma cã cũ z^a sit aliqd impfecti
us q̃ʒ p̊ma cã sola sine z^a.non ḡ p̊ma cã cum z^a facit effe-
ctũ ꝓpter impfectionẽ p̊me cãe:ſʒ ꝓpter pfectionẽ p̊me O
cãe:q2 accñs tñ est elõgatũ a pfectiõe p̊me cãe ꝙ nõ p̃t
imediate p̃cedere ab ea sine subto.vñ Aris.nõ posuit or-
dinem ꝯtingentẽ tunc.s.ꝙ subm posset cãre accñs ꝛ non
cãret:ita ꝙ eẽt ordo ꝯtingens ad vtꝛlibꝫ: ſʒ posuit ordinẽ
necessariũ.℄ Ad aliã rõnẽ.Jllud qõ est extra eẽntiã ꝛc.
Concedit̃.si sit diffõ p̊ma ꝛ simplr dicta:ſʒ si sit diffõ se-
cũdario dicta ꝛ ex additione nõ est necessariũ.Mõ sic ẽ
in ꝓposito:q2 accñs secũdario diffinit̃ ꝛ ex additione: ſʒ
suba sola ꝛ simplr ꝛ p̊mo diffinit̃.ergo suba põt poni in
diffõne accñtis:ſʒ sit extra essentiã eius.vñ etiã dicit Cõ
mentator.7.hu^9.Qui accñia dicit habere diffõnes.s.sim- Cõm.15
pliciter dicit ea habere magis q̃ʒ habent.Et silr qui dicit
ꝙ nõ detur eis diffõ:ꝛ hoc nomẽ ens:dicit nõ habere il-
lud qõ debẽt hẽre:tunc subdit ꝙ dixit hoc ꝙ mihi vide-
tur:qm̃ antiq habeãt in eis has duas opiones: ꝛ ipe idu-
cit mediã que est vera:ita ꝙ antiqui voluerũt ꝙ accñtia
p̊mo ꝛ simplr diffinirent̃.Alij dixerunt ꝙ nullo mõ diffi P
nirent̃.ergo Arist.tʒ viã mediã:ꝙ diffiniunt̃ secũdario ꝛ
ex additione:ꝛ in tali diffõne potest aliquid poni: qõ est
extra essentiam. ℄ Qõ. V.

Consequenter querit̃ ad h circa p̃dictã partẽ.Vtꝝ Tex.c.4.
substãtia p̃cedat accñs tpe.℄ Arguit̃ p̊mo ꝙ
nõ.Jllud qõ est eternũ nõ precedit̃ ab aliq
tpe:q2 si aliqd est ṗus tpe altero:opʒ ꝙ sit in
aliquo tpe in quo nõ est illõ quo est ṗus:ſʒ eternũ nõ est
in aliquo in quo prius nõ fuit cũ semp sit:ſʒ aliqua accñia
sunt eterna:q2 dimẽsiones interminate sunt eterne cum
materia p̊ma.vt vult Cõmẽtator in de suba orbis.ꝛ p̊mo Capi.p̊.
phys.silr dimẽsiones ꝛ raritas ꝛ densitas sunt eterne in Tex.c.63.
corpe celesti.vt vult Ari.ꝛ Cõmẽ.℄ Jtẽ suba nõ p̃cedit
tps tpe:q2 si sba p̃cederet tps tpe: tũc idẽ p̃cederet seipʒ:
qõ est falsum:ſʒ tẽpus est accidẽs cũ sit nũerus motus ſʒ
prius ꝛ posterius.vt pʒ 4° physico.ḡ substãtia nõ p̃cedit Tex.c.101.
accidẽs tpe.℄ Jtem si substãtia p̃cederet accidẽs tem- Q
pore:tunc nullũ accidẽs esset per se ꝛ ꝓpriũ:ſʒ hoc est fal
sum:q2 aliqua sunt accñtia ꝓpria vt risibile homini.ꝯña
pʒ:q2 accidẽs propriũ non separat̃ a subiecto:imo cõuer
titur cum subiecto in suppositis tẽpore.

Oppositum vult Aristo.di.ꝙ substantia p̃cedit accidẽs tẽpore.hoc idẽ vult Cõmẽ Tex.cõ.4
tator exponens Aristo.℄ Notandũ ꝙ ſm Cõmentato-
rem:quedã sunt sube ꝓpetue vt corpa celestia ꝛ motores
eorũ:ſʒ quedã sunt corruptibiles:sicut ille que sunt in no-
stro ꝯspectu.℄ Jtẽ iter accñtia:quedã sunt eterna in idẽ aĩa ꝓpetua
titate numerali:quedã gñata de nouo ſm identitatẽ nũe-
raleʒ.℄ Et ista sunt duplicia:quedã sunt inseparabilia vt
risibile est inseparabile homini:quedã sũt separabilia que
possunt adesse ꝛ abesse subto:vt albedo homini.℄ Tũc
ſm Cõmẽtatorẽ dicit̃ ad questionẽ ꝙ suba p̃cedit accñs Com.4
tpe loquendo de accñtibus sepabilib^9.Et ratio est.Jllud
qõ est

A qđ est vel coexistit in tpe in quo alterū nō est:illud est ṗ/
us tpe illo:q2 qđ est in tpe in quo nō est aliud:qđ erit illđ
est ṗus eo:sicut pater est ṗoꝛ filio:q2 hoc est ṗcedere tēpo
re fuisse in tpe vel coexistere in quo nō est alterū:ȝ sub/
stātia est in aliquo tpe in quo non fuit accñs sepabile:vt
de se pz.ġ 7c.¶ 2° dōm q̄ si loquamur de accñtibus inse
parabilib⁹:tūc suba ṗcedit accñs tpe rōne mãe.Et ratio
est.Jllud est prius tpe: qđ est in aliquo tpe: vel coexistit
alicui tēpori in quo nō est aliud vel erat:ȝ suba sup̄p.ma
teria est i aliquo tēpoꝛe:vel coexistit alicui tēpori in quo
nō erat illud accñs ṗpriū:7 accñtia iseparabilia vt mã ho
minis coexistit alicui tēpori in quo nō erat risibilitas ho
minis.¶ Notandū q̄ aliq obijciunt ɔtra istā expōnem
Cōmētatoris pp tria.ṗmo videt̄ q̄ Arist.nō itelligat ṗo/
ritatē sube respectu accidentiū inseparabiliū rōne mãe:q2
B de eadē suba prioritatē tēporis ṗbat.de qua ṗbat ṗori/
tatem diffōnis:ȝ de mã nō intendit ṗbare ṗoritatē res/
pectu accidentiū ṗpriorū:7 hoc diffōnis:q2 mã nō poni
tur in diffōne accñtis ṗpriȝ.¶ Jtē si intēderet probare
prioritatē de mã:vel itelligeret de mã ṗma ṡm se:vel vt
stat sub forma:plurib⁹ modis nō pōt itelligi mãm ṗcede
re accñs:ȝ mã neutro mō ṗcedit accñs:nō ṡm se:q2 mã
ṗma ṡm se nō mensurat̄ tpe:q2 est igenita 7 eterna. ṗmo
Tex.c.82. phys.ȝ eternū nō mensurat̄ tpe.ergo mã ṗma nō cōpa/
ratur ṡm tps:nec mã vt stat sub forma ṗcedit accidens.
Quia si hoc esset:vel esset:vt stat sub forma substātiali: vl̄
sub forma accidētali:p sufficientē diuisionē:ȝ nō vt stat
sub forma substātiali:q2 mã hois vt stat sub forma eius
nō preit risibile tēpoꝛe:nec inq̄ntum stat sub forma acci/
dentali:q2 illud est accñs:vel actus.7 tunc mã:vt stat sub
illa forma non ṗcedit accñs tēpoꝛe:q2 illa forma met est
accidēs.¶ Jtē.in celo sūt accidētia insepabilia:vt dimē/
siōes:7 celū nō est prius eis rōne mãe cū careat materia
Unde remota ista expōne ipsi dicunt q̄ cū Aristo.dixit.
C q̄ suba ṗcedit accidēs tēpoꝛe nō accepit tēpus pro men
sura 7 duratione successiua:ȝ pro tāto dixit:ṗcedit acci/
dens tpe:q2 nō repugnat esse sine illo rōne depēdentie.
¶ Ad cuius intellectū notandū:q̄ lȝ substātia sit cā acci
dentis:nō tñ accidēs est causa sube:q2 suba nō cognoscit̄
in esse subali 7 ṗmo p accñs:ergo suba nō depēdet ab ac/
cidente in esse ṗmo tāq̄ a p se cā.ergo rōne dependentie
sube non repugnat quin possit esse 7 separi ab accidēte:7
per ɔñs esse ṗus:ȝ secus est de accidēte:q2 accidēti rōne
dependentie repugnat:vt ṗcedat subam: vel sit prius ea.
ita possit separari ab ea:7 sic dicūt q̄ suba preit accidens
tpe nō ṗmo:ȝ 2° mō:q2 nō repugnat sibi esse sine accidē
te rōne depēdentie.Et dicunt q̄ celū ṗcedit dimēsiones
tēpoꝛe.i.q2 nō repugnat celo rōne depēdētie esse sine di/
mensionibus:aut alijs accidētib⁹. Jstud dictū nō videt̄
valere q̄ substātia sic dicat̄ ṗcedere accñs tēpoꝛe:q2 sic
ṗmus motor preit celū:q2 nullus dicit ṡm Arist.7 Cōmē
tatorē:q2 ṗmus motor 7 celū simul sunt: q2 sunt eterna.7
tñ rōne depēdentie nō repugnat esse sine celo.Silr etiã
ṡm fidē nostrā ṗmus motor nō ṗcessit celū tpe:q2 alr añ
D tēpus fuisset tēpus:q2 tēpus vel est motus.vel est passio
motus.vñ deus nō fecit celū.ita q̄ prius fuerit tēpus:ȝ
simul fecit tēpus 7 celū:et ita dictū ipsoꝝ non valet. vñ
expositio Cōmentatoris est bona 7 vera.

Ad rōnes Ad primā.Jllud qđ est eternū 7c.cōce
ditur ṡm expōnez Cōmentatoris.Tu
dicis.q̄ aliqua accñtia sunt eterna:ergo substātia nō ṗoꝛ
illis.Dōm q̄ ṡm Cōmētatorē ipse loqtur de accidētib⁹
gñatis:que vel adueniūt post corpus.7 illa ṗcedit substā
tia.vel sunt insepabilia a suba:7 illa ṗcedit mã.¶ Ad ali
am rōnez.substātia nō ṗcedit tēpus 7c.Dōm q̄ substātia
nō ṗcedit tēpus:q2 Aristo.loquit̄ de accñtibus gñatis:7 B
que sunt ɔparabilia ad subam:mō tēpus est eternū:7 silr
nō est ɔparabile ṡm tēpus.ergo tēpus nō ṗcedit tēpus.
¶ Ad aliā rōnez.q2 nullū accidēs esset ṗpriū.negat̄.Et
tu dicis.q̄ substātia non separat̄ ab illis.cōcedit̄ substan
tia cōposita:tñ mã nō semp est cū proprijs accñtibus.

Et ideo ad rōnes que fuerūt facte cōtra expōnem
Cōmentatoris.Ad primā de eadē suba 7c.
negat̄:q2 hoc nō habet̄ ex lra Aristo.vñ sufficit ad inten/
tionē eius.q̄ aliqua substātia ṗoꝛ sit accñtibus tpe:7 ali/
qua prioꝛ diffōne:ȝ nō opȝ q̄ eadē substātia sit prioꝛ tē
poꝛe 7 diffōne:vnde hoc est dictū voluntariū. ¶ Aliter
pōt dici ɔcedendo maioꝛē.Tu dicis q̄ mã ṗma 7c.dōm F
q̄ est falsum:q2 mã ponit̄ in diffōne substātie ɔposite.
vnde lȝ mã nō sit pars q̄dditātis:q2 forma dic.t totā sub
stantiā 7 q̄dditatē rei.tñ mã est pars ɔpositi:q2 hȝ q̄ddi/
tatē.vñ in diffōne substātie ɔposite ponit̄ mã.ex 8°.7 7°. Tex.cō.6.
huius.7 substātia ɔposita ponitur in diffōne accidētis.ġ Tex.cō.33
a ṗmo ad vltimū:mã ponit̄ in diffōne accidentis:si acci/
dentia cōplete diffiniunt̄:q2 qđ ponit̄ in diffōne partis:
ponit̄ in diffōne totius:ȝ substātia ɔposita est pars diffi
nitionis accidētis:7 in diffōne substātie ɔposite ponitur
materia.ergo etiā ponit̄ in diffinitiōe accidētis.¶ Tu di
ces.q̄ mã est ignota.ergo non dȝ poni in diffōne que hȝ
notificare alia.Dōm q̄ mã lȝ sit ignota ṡm se.tñ cū alio
est nota.vt stat sub forma:7 sic ponit̄ in diffinitione ɔposi
ti:7 per ɔñs ipsuȝ notificat.¶ Ad aliā rationē.vel mã est
ṡm se 7c.Dōm q̄ mã ṡm se ṗcedit accidens gñatum.Tu
dicis.ṡm se nō mensurat̄ 7c.verū est.q2 tēpus est eternū
7 mã est eterna.tñ mã coexistit alicui tēpori in quo non
fuit accidēs ṗpriū.vt risibile vel aliđ.¶ Ad aliā rōnez.
Jn celo sunt accñtia.Dōȝ q̄ celū nō ṗcedit dimēsiōes tpe:
q2 ṡm Ari.dimēsiōes sunt eterne:mō ipe nō ɔparat suaȝ G
ad oē accñs:ȝ solū ad accidēs generatū:vt dictū est.Si/
militer celum nō est substātia materialis:q2 tñ ɔparat.
vt vult Cōmentatoꝛ. ¶ Qō. VI.

¶ Dicitur autē substātia 7c. Tex.c.7.7.8.

Queritur circa h capitulū de mã foꝛ/
ma 7 cōposito.vtrū substan
tia per prius dicat̄ de mã vel forma vel cō/
posito:q2 autē aliqualr visuȝ est in quinto ṗ
termittatur.Et queritur.vtrū mã distingua/
tur essentialr ab actu 7 priuatione.Arguit̄ ṗmo q̄ non.7
hoc de actu.Jllud qđ nō distinguit̄ essentialr ab esse:etiã
non distinguit̄ essentialr ab actu.q2 a quo pticipatur esse
eius:7 cā.modo esse est effect⁹ actus 7 forme:ȝ mã non
distinguit̄ essentialr ab esse.q2 mã nō priuat̄ oino esse:q2 H
semp stat sub aliquo esse.ergo nec ab actu.¶ Jtē:sicut se
habet itellect⁹ ad oēs formas itelligibiles: sic mã ad oēs
formas sensibiles:p ɔuenientē similitudinē:ȝ nō obstan
te q̄ itellectus sit in potētia ad oēs foꝛas itelligibiles: ipe
tñ est aliqua forma in se.ergo etiā nō obstante q̄ materia
sit in potētia ad oēs formas sensibiles:tñ erit aliqua foꝛ/
ma:7 sic nō distinguit̄:¶ Jtē:oē recipiens vel receptiū
naturalr est ante receptibile:q2 receptibile ṗsupponit re
cipiens:ȝ mã est receptiua forme:q2 recipit formas sen/
sibiles.ergo mã ṗma habȝ aliqđ eē ante receptionē foꝛe.
ȝ oē qđ est:vel est act⁹ vel habēs actū.ġ mã ē act⁹ vel ha
bēs actū:7 sic nō distinguit̄ essentialr ab actu.¶ Jtē:illđ
qđ distinguit̄ ab alio non priuat̄ omni forma essentialr:
q2 omnis distinctio est per actū 7 formaȝ:q2 actus sepat Tex.c.49.
7 distinguit:septimo huius.ȝ mã distinguit̄ ab alio.q2 di
stinguit̄ a forma.ergo hȝ ṗncipiū distinctionis: vt actuȝ 7
formā.Tunc arguit̄ q̄ nō differat a ṗuatione.¶ Omne

I qđ est: aut est ens essentialr: aut nõ ens: per sufficientē di-
uisionē: sꝫ mã pma nõ est ens essentialr: qꝛ tale vl' est qd:
quale: vel quantū ꝛc. sꝫ mã pma nec est qd: nec quale ꝛc.
Tex.cõ.8. vt vult Aristo. in hoc septimo. ergo est nõ ens essentialr:
ꝛ sic erit priuatio pura. ¶ Et cõfirmať. Omne qđ est aut
est ens simplr: aut nõ ens simplr. per sufficientē diuisio-
nem: sꝫ mã nõ est ens simplr: qꝛ tunc esset per se itelligi-
Tex.c.69. bilis: qđ est cõtra Aristo. pmo physico. ꝛ in hoc septimo.
Tex.cõ.35. mõ qđ nõ est ens simplr nullo mõ est ens: qꝛ simplr di-
co qđ nullo addito dico. ergo est nõ ens. ğ pura puatio.
Tex.cõ.8. Oppositum vult Aristo. in lra vbi dicit. Dico aũt
mãm que fm se: nec qd: nec quanti
tas: neqꝫ aliqd aliud dicitur: qbus ens est determinatuꝫ:
est eniꝫ qđdam de quo predicať horuꝫ qđlibet. Et addit
K parũ infra: quare qđ est vltimū fm se. nec qd est nec quã-
titas: nec aliquid aliud est: ꝛ quo ad hoc pꝫ φ mã pma di-
Al. esse nã- stinguitur essentialr ab actu. Et tũc subdit: neqꝫ itaqꝫ ne-
liter. gatiões: eteniꝫ hec aũt. ꝛ sic pꝫ. φ etiã essentialr distingui
Tex.cõ.79 tur a puatione: ꝛ idē vult pmo physicorum.

Dicendum est ad questionē. pmo φ materia p-
ma eẽntialr distinguiť ab actu ꝛ for
ma. Et causa est. Subiectū in omni transmutatiõe opor-
tet esse distinctū ab vtroqꝫ termino transmutatiõis: quia
subiectū transmutatiõis manet in tota trãsmutatiõe: ꝛ in
pncipio ꝛ fine: sꝫ terminus a quo transmutatiõis nõ ma-
net in fine: ꝛ terminus ad quē nõ fuit in pncipio. cū ergo
terminus ad quē sit forma: ꝛ terminus a quo sit priuatio
illius forme: tunc subiectū transmutationis essentialiter
differt a forma ꝛ puatiõe: sꝫ mã est subiectū trãsmutatio
Tex.c.62. nis. ex pmo physico. qꝛ in omni transmutatione materia
ꝛ.63. est subiectū mediatū vel imediatū. ꝛ ista ratio probat φ
materia differat a forma essentialr: ꝛ a puatione. ¶ Itē:
in predicatione denominatiua pdicatū essentialr distin-
L guitur a subiecto: qꝛ ex hoc φ pdicatū eẽntialr distingui
tur a subiecto in pdicatione denominatiua: ideo gen' nõ
pdicatur denomiatiue de spēbus: nec spēs de idiuiduis:
sꝫ accidēs de subiecto: sꝫ materia pdicatur de actu deno-
minatiue: vel ecõuerso: qꝛ nec actus nec habēs actuꝫ pre-
dicatur de materia: nec econuerso: nisi denominatiue: hõ
eniꝫ non est materia: sꝫ materiatū. nec materia est forma:
sꝫ formata: similr de puatione: qꝛ materia non est puatio
sꝫ puata. ergo modus pdicãdi denominatiue ostēdit ma-
teriã distingui a forma ꝛ a puatione. Et silr ista ratio p-
bat φ materia essentialr distinguať ab actu ꝛ a puatiõe.
Item cui cõpetit essentialr vnū oppositorū repugnat re-
liquū. hec est manifesta: sꝫ materie pme cõuenit potẽtia
essentialr: saltē vt ppria passio: ergo sibi nõ debetur act'
qꝛ potẽtia ꝛ actus sunt differẽtie maxime opposite. pmo
Cõmen.6. de anima. per Cõmentatorē. ¶ Itē si materia pma inclu
deret aliquē actū essentialr: tunc adueniēte forma: vel il-
le actus maneret: vel nõ. per sufficientē diuisionē: si ma-
Ad rationes. Illud qḋ est ppinquius ⁊c̄.cōceditˀ:sicut ṗma substantia ſm perfectioneꝫ.Et tu probas:ꝙ mā est ṗma substantia. Dōm ꝙ non est prima ſm perfectionē.Et tu dicis:ꝙ substantia dicitur a substando.Dōm ꝙ substantia ſm perfectioneꝫ magis dr̄ a subsistendo q̄ꝫ a substādo:⁊ hoc perfectiˀ reperiatur in forma ⁊ substantia abstracta:q̄ꝫ in mā:quare nō valet. ¶ Ad aliā.finis est perfectior ⁊c̄.cōcediˀ:finis cuius.Et tu dicis:ꝙ potētia hꝫ se vt finis.nego.Ad probationē.studiū speculatio ⁊c̄. Dōm ꝙ actus imperfecti ex H quibus generatur habitus bene ordinaˀ ad sciam:sed tñ scientia ordinatur finaliter ad actum perfectuꝫ:vt ad speculationē.vnde etiaꝫ felicitas consistit formaliter in actu ⁊ operatione:⁊ nō in habitu. ¶ Ad aliaꝫ pꝫ:quia lꝫ actus imperfecti sint priores generatione scientia:tamen actus perfecti posteriores sunt sciētia ſm generationē:de quibus intelligitur. ¶ Questio. XI.

¶ Qm̄ vo bonum quidē est vltimum ⁊c̄. T.x.2.16.

Queritur circa hanc partem.vtruꝫ aliqua actio sit imanens in agēte. ¶ Arguiˀ ṗ ꝙ nō. Alique actiones sūt trāseūtes in māꝫ exteriorē ⁊ nō manēt in agēte. ġ oēs actiōes:silr nō manēt i agēte:vt domificatio nō manet i domificatore:sꝫ trāsit i māꝫ exteriorē.

I Simil'r calefactio nō manet in calefaciente.ꝯñtia pꝫ:qꝛ de similibus vi͂ esse ideꝫ iudiciū.mō omnes actiones cō ueniunt in cōmuni natura actionis.ergo si alique actiōes manent in agente:ꝛ omnes.

Tex.cō.16 **Oppositum** vult Arist.in litera.vbi dicit. Quoꝝ nō est aliud opus ṗter actionem:in ipsis existit actio:vt visio in vidente:ꝛ speculatio in speculante:ꝛ vita in anima:ꝛ felicitas in felice:felicitas vita nāqꝫ qualis quedaꝫ:ꝛ quia vita optima.

Ad intellectum q̄ōnis notādū:ꝙ de numero actionū ꝛ agen̄ duo sunt genera:quedaꝫ sunt agentia:per quoꝝ actiones relinquitur aliud.s.operatū cessante opatione:vt per domificationeꝫ derelinquit̄ aliud.s.domus cessante domificatore.Et sil'r per calefactionē derelinquit̄ aliud:ēt cessante calefactione:ꝛ sic de alijs.

K Sed quedaꝫ sunt agentia ꝛ actiones per quoꝝ actiones nō derelinquit̄ aliud in materia exteriori scilꝫ operatuꝫ: vt per visionē videntis nihil derelinquit̄ cessante visione.Sil'r per intellectum intelligentis nihil derelinquit̄ cessante itellectione:ꝛ hoc sꝫ intētionē Aris. qꝛ visio fit intus suscipiēdo nō extra mittēdo.❡ Notandū vlterius:ꝙ aliquā actionē manere in agēte pōt dupl'r intelligi.Uno mō.ꝙ eadē sit virtus effectiua ꝛ receptiua illius actionis formal'r.Alio mō pōt intelligi actionem imanere in agente ꝙ sit eadem virtus actiua ꝛ receptiua actionis sm subiectuꝫ:quia ambe sunt in subiecto codeꝫ: tamen sunt distincte formaliter.

Hoc viso dōm est ad q̄ōnē:ꝙ nulla actio manet in subiecto ṗmo mō:ita ꝙ sit eadem virtus oīno que agat ꝛ efficiat ꝛ recipiat actionem.Et causa est. Potestas actiua est ṗncipiū transmutandi alterū inquantum alterū.vnde hec est diffinitio potestatis actiue:vt pꝫ ex 5° hui⁹:sed hoc nō esset.si aliquid sm eādē virtutē formaliter ꝛ essential'r ageret ꝛ reciperet actioneꝫ:qꝛ sic non transmutaret alterum sm seipsuꝫ.ꝙ nulli virtuti cōpetit siue sit voluntas:siue intellectus:vel quecūqꝫ alia. ❡ 2° dōm ꝙ bene est aliqua actio que imanet scdo mō:ita ꝙ ṽtus effectiua ꝛ receptiua actionis nō sit distincta loco ꝛ subiecto.Et cā est.Si nō esset aliqua actio imanens scdo mō:nō posset saluari ꝙ aīal moueret seipsuꝫ:sed hoc est falsuꝫ:qꝛ aīal mouet seipsuꝫ:vt pꝫ ex 8° phy.ꝛ de motib⁹ aīaliuꝫ:qꝛ nō est dare vnā partē quātitatiuā:que moueat ipsa seipsaꝫ:qꝛ est deuenire ad ṗmā partē quātitatiuā:vt ad cor:vbi nō pōt distingui sm quātitateꝫ ps mouens ꝛ mota:vt forte melius per rem:qꝛ est pars eiusdē dispositiōis ꝛ qualitatis:ꝛ nō mouet ipsa seipsaꝫ.ergo nō posset mouere se illa ps nisi rōne ptiū essentialiū:quarum vna est aīa:ꝛ alia corpus:mō aīa ꝛ corpus nō distinguunt̄ loco ꝛ subiecto:qꝛ sunt in eodē supposito ꝛ indiuiduo indistincto loco ꝛ subiecto:sed secus est de alijs actionibus:q̄ requirunt agens ꝛ passium distincta loco ꝛ subiecto:vt pꝫ de igne:virtus eniꝫ actiua caliditatis in igne ꝛ receptiua caliditatis nō possunt esse in codeꝫ subiecto indistincte. ergo ꝛc.❡ Itē.in anima sensitiua oportet esse virtutem naturaleꝫ actiuā sensationis:qꝛ sensibile non est simul cū organo sensus:ꝛ cum virtute sensitiua sm mouens ṗpinquū ꝛ imediatū cū moto oꝫ esse sil':ita ꝙ medium nec sit plenū nec vacuū:vt pꝫ 7° phy.t.c.10.ḡ sensibile nō ṗt eē imediatū ṗn⁹ actiuū sensationis.Simil'r nec spēs visibilis ꝛ sensibilis:que informat visum ꝛ sensum:nō pōt esse imediatū ṗn⁹ actiuū sensationis ꝛ per se.ṗbatio hui⁹:qꝛ si hoc esset:tunc spēs sensibilis esset nobilior sensu:sed h̄ est falsuꝫ sm oēs.ꝯñtia pꝫ:qꝛ illud est nobilius sensu:cui⁹ operatio est nobilior opōne sensus:vt pꝫ 3° d̄ aīa.t.c.7.sꝫ efficere sensationem est nobilius q̄ꝫ recipere sensationeꝫ: vt vult Cōme͂ᵗᵒʳ.3° de aīa.c.19.qꝛ vl'r efficere nobilius est q̄ꝫ recipere.ṗma ꝯñtia patet:qꝛ postq̄ꝫ in aīali est virtus actiua sensationis:tunc non est in alio subiecto:q̄ꝫ in quo est virtus receptiua sensationis:ḡa aliqua actio est imanens scdo mō:imo ēt dato ꝙ species sensibiliū esset ṗn⁹ actiuū sensationis adhuc habet̄ intentū:qꝛ ipsi ponūt speciēꝫ sensibilē in illo in quo est anima sensitiua.Et hoc voluit Arist.significare in ista disiunctiua:ꝙ virtus actiua est ṗncipiū trāsmutādi alterū:vel inq̄ꝫtū alterum:qꝛ dixit vel inquātū:qꝛ in aliquibus potestas actiua est ṗncipiuꝫ transmutandi idem:tn̄ inq̄ꝫtū alterū:qꝛ ideꝫ subiectū est alteruꝫ a se rōne diuersaruꝫ virtutū.❡ Notandū ꝙ virtus actiua est duplex.vt sufficit ad ṗpositū.Quedam est cuius effectus eiusdē speciei cum ea:vt caliditas generat effectū.s.caliditateꝫ qui est eiusdē speciei cum caliditate. Alia est virtus cuius effectus nō est eiusdeꝫ spēi:imo nec eiusdeꝫ generis cuꝫ illa virtute:vt virtus motiua que efficit motū localē:mō motus localis nō est eiusdem speciei nec generis cū virtute motiua:qꝛ virtus motiua est in genere qualitatis:qꝛ est nālis potentia:vel impotentia:sed motus localis:vel est in genere passionis:vel vbi:ꝛ sꝫ ꝙ

O diuersimode accipit̄.mō ṗma virtus actiua ꝛ receptiua eius nō coincidunt in codeꝫ subiecto:nec sm candē partem in numero:vt ignis sm candeꝫ pteꝫ nō habet agere caliditatē ꝛ recipere candē.Sed receptiua virtus hūi cū scdā coincidit in eodē subiecto:ꝛ sm candē ptē in numero:nec distinguunt̄ loco ꝛ subiecto.naꝫ aīa ꝛ corpus sunt in eodem subiecto ꝛ indiuiduo:qꝛ sunt partes essentiales eiusdeꝫ speciei.Simil'r in augmentatione virtus actiua augmentationis ꝛ receptiua sunt in codeꝫ subiecto:vt in aīa augmentatiua:qꝛ aīa vegetatiua in eadē pte carnis:ꝛ sm idē hꝫ ṽtutē actiuā ꝛ receptiuā augmētationis.vñ aīa augmētatiua est alterius gñis q̄ꝫ ṽtutes vel augmētatio.

Ad rōnem. Alique actiones ꝛc. ꝯñtia negat̄. Ad ṗbationē:qꝛ de similibus ꝛc. Dōꝫ ꝙ iste actiones cōueniunt in cōmuni genere actionis:quia

P vl'ia causant̄ ex q̄dditate in qua ꝯueniunt inferiora:sꝫ tñ differunt in spāli nā:qꝛ quedā sunt per quas nullū operatuꝫ derelinquit̄ in mā exteriori.Et quedā sunt per quas bene derelinquit̄ aliud:vt dictū est.ergo est dissimile:qꝛ alique actiones transeunt in māṁ exteriorē nō sicut aliq imaginant̄ ꝙ eadē actio numero transit ab agente in patiens:sicut de loco ad locū:sicut pila vna numero existēs. mō hic:mō ibi:sic est falsuꝫ:sed transit in māṁ exteriorē.idest recipit̄ in mā ꝛ de potentia eius educit̄ ṗ agens ad actuꝫ:ꝛ sic transit domificatio in māṁ exteriorē:quia nō est nata manere in hoīe:nec esse in homine:sed alique actiones nō trāseūt in māṁ exteriorē:vt visum est.

❡ Qđ āt melior ꝛ honorabilior ꝛc. ❡ Q.XII. Tex.cō.19

Queritur circa hoc capitulū:qꝛ postea dicit Aristo.palā ergo:qꝛ nō est aliud qđ malū preter res.vtrū malū sit in re.❡ Arguit̄ ṗmo ꝙ nō:Quia qđ est in reb⁹ hoc est ens:qꝛ ens ꝛ res ꝯuertunt̄:sed maluꝫ nō est ens:sꝫ est nō ens:qꝛ malū ꝛ nō ens ꝯuertunt̄:sicut

Q bonū ꝛ ens.❡ Itē:qđ est in bono nō est malū:qꝛ in quo est bonū:est bonū:ꝛ non malū:sicut in quo est albedo:est albū ꝛ nō nigrū:sꝫ in re est bo͂:cū res ꝛ bonū ꝯuertant̄.ḡ malū nō est in re.❡ Itē.in illo non est malū qđ est a nā vel ab arte:vel a deo:cū ars:nā:ꝛ de⁹ faciāt res q̄ꝫ melius possint:sꝫ oīs res est a nā vel ab arte:vel a deo:cū oīs res sit diuina naturalis vel artificialis.ergo ꝛc.

Oppositum vult Arist.in predicta l'ra:qꝛ vult ꝙ malū nō sit separatum:vt plato vo,

Ista ꝯclo est de intentione Auer.ꝛ Ari. vt ego puto. nihil.n.idē ṗ se sꝫ idē pōt eē agēs ꝛ patiēs:mouēs ꝛ motū:sꝫ reqrit de necitate distīctō realis inter ista ṗn°: tum qꝛ vt dꝫ 3° phy.t.c.8. nihil idē sm ideꝫ pōt eē in actu ꝛ in po°. Et hoc idem hꝫ in.8. phy. tex.c.40. vbi phs ṗbat.ꝙ totū non pōt mouere totū: qꝛ tūc idē eēt actu ꝛ po°:tū ēt qꝛ si nō requireret̄ nec̄io distinctō realis motoris a re mota nunq̄ꝫ ṗhs ṗbasset ṗ eternitatē motus ṗ⁹ motore ēē. Teneo ēt istā ṗpōnē hic ṽtutē in actiōe spūali ꝯ moder.pre sertiꝫ in receptione aīe sensitiue ꝛ intellectiue.Sil'r ꝯſe quētia Cōmētatoris in.3.d aīa.c.4.in ṗbatione illius ṗpōnis:oē recipiēs ꝛc.rue ret.Sil'r rōnes Cōmētatoris 3° d aīa.c.5.ꝛ 30.ꝯ Auēpa cem ruerent. Sil'r rō ei⁹ d intellectu in cōmēto.19.rueret. In alijs do intelligendis circa visū:qꝛ intellectio ꝛ intelligens ꝛ intellectū sūt idem:qꝛ ibi est motio metaphorica:tn̄ ibi est ideꝫ mouēs ꝛ motū:sic est falsa Cōmētatoris 8.phy.c.40. 5° meta͂.

Tex.c.17.

N

Com.19. lut:sed sit cōuueniū rebus.Et hoc idē vult Cōmētator.

A **Dicendum** est ad qōnē ꝙ malū est in reb⁹ corruptibilib⁹ ꝛ gnābilib⁹:ꝛ cā est. In illo est malū qð pōt deficere ꝛ corrūpi in esse suo actuali:qꝛ corruptio ꝛ defect⁹ est malū:ꝛ est ex reb⁹ malis:ſꝫ corruptibilia sūt h⁹:qꝛ oē corruptibile de necessitate corrūpitᷣ: Tex.c.12. ex 8° hui⁹. ❡ Itē.in illo est malū qð hꝫ malitiā:qꝛ oēs oꝛ Tex.cō.20 bitates ꝛ defect⁹ sūt ex pte māe.ꝑ celū:ꝛ illa sūt qdā mala:sed corruptibilia sūt h⁹:qꝛ corruptibile hꝫ malitiā:cuꝫ Cōmē.3. abscisio a mā sit cā ꝑpetuitatis:vt vult Cōmētatoꝛ 2° celi.ḡ in re est malū. ❡ Itē.in illo est maluꝫ in q̄ est ꝑuatio boni:sicut cecitas ꝑuatio visus.vñ ēt di:ꝙ malū nō impoꝛtat remotionē boni negatiue:sed ꝑuatiue:in quo ḡ est priuatio boni:in illo est malū:sed in reb⁹ est ꝑuatio boni:qꝛ in reb⁹ corruptibilib⁹ est ꝑuatio forme in mā:que forma Tex.cō.81 est qd bonū ꝛ diuinū:vt di ꝑ phy.quā ēt formā mā appetit:sicut turpe bonū:ꝛ femina virū:sicut ibideꝫ di. ❡ Ex isto pꝫ:ꝙ sicut malū est in reb⁹ corruptibilib⁹ ex pte po⁰ corruptionis ꝛ ꝑuationis in mā:sic bonū est in reb⁹ corruptibilib⁹ ex pte essendi ꝛ forme in mā:cū foꝛa ꝛ esse sit

B bonū ꝛ diuinū. ❡ 2° dōm.ꝙ malū nō est in reb⁹ sempiternis.Et cā est.In illis nō est malū in qb⁹ nō est corruptio ꝛ defectus:qꝛ ista sunt ex reb⁹ malis:vt dictū est:sed in reb⁹ sempiternis nō est corruptio ꝛ defect⁹:nec ꝑuatio: cū nō habeat mām:ex pte cui⁹ hec insunt:vt dictū est.vñ Cō.19.hui⁹ ēt dicit Cōmentatoꝛ:ꝙ in hoc cognoscitᷣ ꝙ astronomi dicunt falsū:ꝙ q̄dā stelle sūt fortunate:ꝛ q̄dā nō fortunate. ❡ Addit Cōmentatoꝛ:ꝙ tñ pole est scire de eis:ꝙ quedā stelle sunt meliores qbusdā.vñ ēt hoc bene inuenitᷣ in qbusdā abstractis:ꝙ vna subā est melioꝛ alia:sicut supioꝛ intelligētia est melioꝛ inferioꝛe. ❡ Notādū diligenter:ꝙ ſm itētionē Aris.ꝛ Cōmētatoꝛis malū nō iuenitᷣ in sempiternis.Et istud est verū inquātū pōt cōuinci ex sensatis: sed supnālr pōt esse malū in sempiternis:qꝛ demones po

C nunᷣ in sempiternis:ꝛ tñ sunt mali.Uel posset dici ſm fidē ꝛ veritatē:ꝙ demones sunt creati.ḡ nō sunt eterni:ꝛ ꝑ 9ñs pōt in eis esse malū.vñ ēt pñt corrūpi torqueri ꝛ puniri.mō Aris.logᷣ de simplr eternis.De hoc ingrēdū est diligēter:qꝛ veritas ꝛ fides ponit demones q sunt mali.

Ad rōnes. Ad ꝑmā:qð est in rebus.9cedit aliquo mō.Et tu dicis:ꝙ malū nō est ens. Dicendū ꝙ duplex est gradus entis:qdā est ꝑfect⁹ ꝛ nō diminutus:ꝛ tale ens nō est malū.Alius est gradus entis diminutus ꝛ iperfect⁹:ꝛ tale ens bñ est malū.vñ ens ꝑmo mō cōuertitᷣ cū bono ꝛ vero:sed ens 2° mō 9uertitᷣ cum malo ꝛ falso.vñ ēt di nō ens:qꝛ nō ens purum ꝛ actuale. ❡ Ad aliā.Illud in quo est bonū nō est maluꝫ.cōceditᷣ vt sic.Tu dicis:ꝙ in oi re est bonū:9ceditᷣ in re sub gradu ꝑfecto ꝛ actuali:ſꝫ tñ in re sub gradu iperfecto ꝛ diminuto nō est bonū:sed malū:qꝛ malū est in potentia māe quo

D ad corruptionē ꝛ defectū.vñ qñ di:ꝙ ens res ꝛ bonū cōuertūtᷣ intelligitᷣ de ente ꝛ re sub gradu ꝑfecto. ❡ Ad aliā. In illo nō est malū ꝛc.aliq dicunt ꝙ de⁹ ꝛ nā faciūt sempᷣ qð est melius quo ad quālibet ptē.vñ nisi esset aliqð mala in entib⁹ nulla bona fierēt:nisi eniꝫ corrūperetᷣ aer nō generaretᷣ ignis:nec leo saluaretᷣ nisi moreretᷣ aliqð aial. vnde dicit:ꝙ deus ꝛ nā permittunt aliqua mala propter saluationē vniuersi. ❡ Aliter posset dici ꝙ deus ꝛ natura ꝛ ars de cōtingētib⁹ faciūt meli⁹:quātū est ex pte eoꝝ: ꝛ de ꝑma intentione eoꝝ:sed ꝙ aliqua eueniant mala ꝛ defectus:hoc est ex parte māe inferioris:qꝛ non sempᷣ est in perfecta dispōne ad bonū:sed aliquādo in ea inducuntur mala ꝑpter iperfectionē eius:ꝛ indispositionē eius: aliqñ hoc est ex pte māe particularis:ꝛ ex pte agēt⁰ particularium:quia aliqñ abūdant:ꝛ aliqñ deficiunt:ꝛ ꝑꝑ hᷣ ēt fiunt monstra diuersa:vt pꝫ ex alijs. ❡ Qō.XIII.

Consequenter queritᷣ circa idē capitulū.vtrū aliqua potētia sit melioꝛ actu. ❡ Et arguitᷣ ꝑ ꝙ nō. E Tex.cō.19 Finis est melioꝛ ordinatis in finē:cū finis sit optimū:ſꝫ act⁹ hꝫ se vt finis re⁰ po⁰:cū po⁰ ordinetᷣ ad actū:vt ad finē:sic po⁰ vidēdi ordinatᷣ ad videre:sic ad finē.ḡ act⁹ est nobilioꝛ. ❡ Itē.sic se hꝫ aliqd ad entitatē ita ad bonitatē:ſꝫ act⁹ est magis ens q̄ꝫ po⁰.ḡ magis est bonū.maioꝛ pꝫ:qꝛ bonū ꝛ ens 9uertuntᷣ.minoꝛ nota est:qꝛ vnūqðqꝫ est ꝑ actū. ❡ Itē.qð est ꝑnᵐ cognoscēdi alterꝫ:illð est meli⁹ eo:qꝛ qð est ꝑnᵐ cognoscēdi alterꝫ: hoc est melius eo qð cognoscitᷣ:qꝛ ꝑnᵐ melius est ꝑncipiato:sed actus est ꝑnᵐ cognoscendi:qꝛ po⁰ non cognoscitur nisi per actum:vt de se patet.

Oppositum vult Aris.in litera.vbi dicit:ꝙ necesse est in malis actum ꝛ fineꝫ deteriorē esse potentia.Et idem vult Cōmentatoꝛ. F Tex.c.19.

Dicendum est ad qōnē:ꝙ in bonis actus est melioꝛ po⁰.Et cā est.Illud qð determinate est bonū:ꝛ nō est indifferēs ad bonū ꝛ malū est meli⁹ illo qð nō est determinate bonū:ſꝫ est indifferēs ad bonᵘ ꝛ malū.hec est māifesta ꝑ se:ſꝫ bon⁹ act⁹ est dētermiate bonus:nec est indifferēs ad bonū ꝛ ad malū:qꝛ est bonū cui nō ꝑmiscetᷣ malū:vt dicit Cōmētatoꝛ.vñ hoc Aris. in lrā Cōmē.19. deducit:qꝛ quecūqꝫ dr̄r ſm posse idē subo est potēs 9ria nō formalr.ſꝫ idē mālr:vt visuꝫ est ꝑus:vt illud qð dicitᷣ posse 9ualescere idē est cū potēte languere.i.eadē po⁰:vt medicina pōt facere sanitatē ꝛ egritudinē:qꝛ est eadē potentia subiectiua cōualescēdi ꝛ laborādi:ꝛ dꝫ intelligi de po⁰.i.de subo potente:ꝛ nō ꝑ respectu ad actū:qꝛ sic non eadē est po⁰ formalr sanitatis ꝛ egritudis:qꝛ sic egrotare ꝛ sanare differūt:sic po⁰ sanitatis ꝛ egritudis:vt di.3.phy. Tex.cō.11 mō iste act⁹ differt foꝛalr:q̄re ꝛ iste respect⁹. ❡ Tūc addit Aris.ꝙ act⁹ in bonis est determiate bon⁹:qꝛ act⁹ bon⁹ nō pōt esse malus sil.qꝛ nihil pōt esse bonū ꝛ malū sil:vt G sit egrotare ꝛ sanū esse. ❡ 2° dōm:ꝙ malus act⁹ est deterioꝛ po⁰.Et cā est.Illud malū qð est determinate maluꝫ ꝛ nō indifferēs ad bonū ꝛ malū est peius illo qð est indifferēs ad bonū ꝛ malū:hec est manifesta:sed act⁹ malus determinate est malus:ꝛ excludit oē bonū:sed po⁰ est indifferens ad bonū ꝛ malū:sicut eadē est potentia egrotandi ꝛ sanandi salvē subiectiua:vt visum est ꝑus.

Ad rōnes. ❡ Ad ꝑmā.finis est melioꝛ ꝛc.Cōceditur.finis in bonis:sed de fine in malis nō opꝫ:sic furari est finis po⁰ furādi:ꝛ tñ furari est peius po⁰ furādi. ❡ Aliꝫ dicūt aliter ꝙ in actu duo pñt 9siderari ipse act⁹ ꝛ malitia q̄ est in actu.Mō dicūt ꝙ actus inquātū act⁹ est melioꝛ po⁰:ſꝫ tñ act⁹ inq̄tū determiate est malus est peioꝛ. ❡ Ad aliā:sic se hꝫ aliqd ad entitatē ꝛc. Cōceditᷣ.de entitate q̄ 9uertitᷣ cū bono:vt q̄ est pura ꝛ ꝑfecta:qꝛ aliq̄ entitas est mala:ꝛ 9uertitᷣ cū malo.sic visuꝫ est in ꝑcedēti qōne.Sicut ḡ se hꝫ ad entitatē:q̄ est pura ꝛ H ꝑfecta:sic se hꝫ ad bonitatē.Tu dicis:ꝙ act⁹ ē magis ens. Cōceditᷣ.de actu in bonis ille magis est ens boᵘ q̄ꝫ po⁰:ſꝫ act⁹ in malis nō est magis ens ꝑfectū ꝛ bonuꝫ q̄ꝫ po⁰:sed est magis ens malū.vñ illa actiuitas est quedaꝫ malitia. ❡ Ad aliā.Illud qð est ꝑnᵐ cognoscēdi:et ista pōt negari:qꝛ mā est ꝑnᵐ cognoscēdi cōpoⁱⁱ:ꝛ tñ nō est melioꝛ cōposito.silr sensibilia sūt ꝑn⁰ cogscēdi subas abˢᵗᵃˢ:ꝛ tamē sube abˢᵉ sūt meliores sensibilib⁹:ꝛ sic rō nō 9ᵗᶦᵗ.Uel aliᷣ pōt dici:ꝙ ꝑnᵐ cognoscendi alterū est melius illo inquātū est ꝑncipium cognoscendi ipsuꝫ:sed simpliciter nō est melius:qꝛ alio modo pōt esse deterius.Et tu dicis:ꝙ act⁹ est ꝑncipiū cognoscendi ꝛc.ꝛ sic etiā est melioꝛ inquātū est ꝑncipiū cognoscēdi potentiam:sed alio modo est deterioꝛ inquātū actus est determinate malus:ꝛ potentia est

I indifferẽs ad boñ ⁊ malũ. Et h̃ de qõne. ¶ Qõ.XIIII.

Tex.cõ.21 ¶ Quoniã aũt dicit̃ ens ⁊ nõ ens ⁊c̃.

Queritur circa hoc capl'z vltimũ. vtrũ veritati ⁊ falsitati itellectus correspondeat in re compositio vel diuisio. ¶ Arguit̃ pmo q̄ nõ. Nõ entis cũ nõ ente vel entis cũ nõ ente nõ est compositio vel diuisio in re: q2 cõpositio ⁊ diuisio tm̃ sunt entiũ ⁊ rerũ. vñ non ens nõ dicit̃ cõponi cũ3 nõ ente vel diuidi: sed veritas ⁊ falsitas hĩ de hõc: q2 ista est vera. nõ ens est nõ ens: ⁊ ista est falsa. ens est nõ ens. g̃ veritati ⁊ falsitati nõ corrñdet cõpositio vel diuisio in re. ¶ Itẽ. illa est vera vbi idẽ predicat̃ de seipso affirmatiue: q2 illa est maxime vera: sicut illa in qua negat̃ idẽ de seipso est maxime falsa: vt hõ

K nõ est hõ: sed ibi nõ est cõpositio vel diuisio: cũ eiusdez de eodẽ nõ sit cõpositio vel diuisio. g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ. si veritati fm intellectũ corrñderet compositio in re: tũc corrupto hoie ista est falsa. hõ est aial: sed hoc nõ est verũ: sicut dĩ cõiter: q̄ ista est eterne veritatis: q2 ẽt corrupto sorte. ista est vera. sor. est hõ: sic etiam homine corrupto ista est vera. homo est animal. ɔ̃ñtia patet q2 corrupto homine nõ est cõpositio realis aialis cum homine.

Oppositum vult Aristo. in p̃dicto caplo vbi dicit. Hec aũt in rebus est cõponi aut diuidi: supple verũ ⁊ falsũ3: hoc idẽ vult Aris. p̃ peri her.

Ad intellectum qõnis: notandum q̄ due sunt opationes intellectus vt suffi cit ad p̃ns. vna est simpliciũ intellig° que est respectu qd̃ gd est ⁊ ppri3 obiecti: alia est opatio que est cõpositio ⁊ diuisio. ¶ Notãdũ 2° q̄ q̃dã sunt subẽ simplices in gb° nulla est cõpositio fz rẽ. vt deus ⁊ subẽ abstracte: q̃dã xo sũt subẽ cõposite ex mã ⁊ for°: sicut sunt subẽ gñabiles ⁊ corruptibiles. ¶ Hoc viso dõz ad qõnẽ. p̃ q̄ veritati in

L tellectus fm p̃mã opationẽ nõ rñdet aliq̃ cõpõ in re fm distantiã. Et cã est. Qñ intell's apprehendit gdditatem ⁊ essentiã rei ab'e non p̃dicãdo aliqd de ipsa re: illi veritati nihil corrñdet in re cõpõnis fz distãtiã: q2 apprehẽsioni simplici: que est respectu gdditatis nõ corrñdet aliq̃ cõpositio in re fz distãtiã: q2 in illa apprehensiõe nihil p̃dicat̃ de re: sicut qñ itellect° itelligit gdditatẽ hois ab'e ibi nulla est cõpõ in re: q2 nõ p̃dicat vnũ de alio: fz tñ apprehendit gdditatẽ rei p̃ spẽz cõformẽ ei: fz hoc est circa veritatẽ intell's quo ad p̃mã opõnẽ: q2 in p̃ma opõne intellectus veritas ɔ̃sistit in simplici apprehensione: que fit p̃ spẽz cõformẽ rei. vñ qñ itell's intelligit re3 simplici intelligentia ⁊ idiuisibili: tũc itell's ɔ̃format̃ p̃ spẽm ei: ⁊ illa cõformitas est veritas: sicut itell's nihil cõponit fm distan

M tiã: ⁊ dico fm distãtiã: q2 aliqñ intell's in p̃ma opõne intelligit diffõnẽ: que h3 ptes: vt aial rõnale mortale in gb° est cõpositio aliqualr: sed nõ fm distantiã. ¶ Et nota q̄ circa p̃mã opõne itell's nõ ɔ̃tingit falsitas: q2 qñ itell's intelligit re3 simplici itellig°: tũc h3 ɔ̃formitatẽ cũ ea: quia nõ põt nõ hr̃e cõformitatẽ vel difformitatẽ: que est falsitas: q2 aliter intelligeret rẽ ⁊ nõ intelligeret: qd̃ est ɔ̃tradictio: fz tñ itell's sic põt hr̃e ignorãtiã de re qñ nõ apprehendit ⁊ intelligit rẽ: q2 ignorãtia opponit̃ intellig° simpliciũ: sed nõ h3 falsitatẽ: q2 intellectus respectu qd̃ gd est nõ põt falli: sicut etiã sensus respectu ppri3 obiecti. ¶ 2° dõm: q̄ veritati ⁊ falsitati itellectus in 2° opõne circa cõpositionẽ vel diuisionẽ rñdet cõpositio ⁊ diuisio in re: ⁊ cã est. illi vitati ⁊ falsitati rñdet cõpositio ⁊ diuisio in re que causat̃ ex cõpositione ⁊ diuisione reali: q2 effect° non est sine causa: qd̃ ergo efficit̃ ⁊ causat̃ ex cõpõne reali illi rñdet cõpositio realis ⁊ diuisio: fz veritas circa cõpõnẽ ⁊ falsitas in 2° operatione itellectus causat̃ ex cõpositiõe ⁊ diuisione reali: per Arist. in litera. vbi dicit: itell's est verus putans cõpositũ esse cõpo™ in re: vt hõ est aial: ⁊ diuisũ3 ab alio esse diuisũ3: vt hõ nõ est asinus: sed intellect° hñs se cõtrario mentit̃. i. fallit̃ in affirmatione ⁊ negõne: sicut qui cõponit illõ qd̃ est diuisũ3 in re. vt hõ est asin°: vel diuidit illud qd̃ est cõpo™ in re: vt hõ nõ est aial. vñ

Tex.cõ.8. etiã Arist. dixit. 6. huius: verũ h3 affirmationẽ in cõiũcto ⁊ negationẽ in disiuncto: sed falsũ3 huius partitionis ɔ̃dictionẽ: q2 h3 affirmationẽ in disiuncto ⁊ negatio in cõiuncto. vñ ẽt postea dicit Aris. in lr̃a: q̄ verũ aut falsũ3 dĩ qñ res est vel nõ est. i. ab eo q̄ res est oratio dicit̃ vera: sicut qñ itelligit factionẽ: sicut est in re. Sed intellectus est falsus qui intelligit aliter q̃3 sit in re. vñ ppter hoc q̄ itelligo te sedere nõ sedes: sed ecõuerso: q2 tu sedes intell's est

O verus ⁊ o°: qñ itelligo te sedere. vñ ppter negare ⁊ affirmare nostrũ nihil est in re: fz in re cõparabili aliqd fit ppter nunq̃3 existimare: q2 possumus hoc p̃ducere cũ existimamus: tñ in re speculabili nihil est in re: q2 nõ facim° p̃ existimationẽ aliqd̃ reale: vt hoiez vel celũ. ¶ Notandũ hic: sicut Aris. tangit in lr̃a: q̄ ex quo veritas ⁊ falsitas quo ad 2ᵃᵐ opõnẽ intell's est circa cõpõnẽ ⁊ diuisionem signi: de nuõ cõpositoꝝ aliqua sũt cõposita semp̃: ⁊ nuñq̃3 p̃nt diuidi: tũc nõ cõpetit mutabilitas in veritate ⁊ falsitate: ita q̄ eadẽ oio aliqñ sit va aliqñ falsa: fz affir°ᵉ sp̃ est va. vt hõ est aial: ⁊ nega°ᵉ sp̃ est falsa: vt hõ non est aial. si aũt aliq̃ sunt sic diuisa q̄ nuñq̃3 p̃nt ɔ̃poni: tũc negõ semp̃ est vera. vt hõ nõ est asinus: ⁊ affir°ᵃ semp̃ falsa: vt hõ est asin°. si aũt aliq̃ sic se hñt q̄ aliqñ sũt ɔ̃posita aliqñ diuisa vt ɔ̃ting°: vt hoiez cũ sedere nõ semp̃ est cõpo™: nec sp̃ diuisũ3: in illis eadẽ oio vel opio in nuõ põt aliqñ eẽ va aliqñ falsa. ¶ Scdo dõm: q̄ veritati in 2ᵃ opõne itell's q̃ est circa icõposita ⁊ simplicia nõ corrñdet aliq̃ cõpõ vel diuisio in re. Et cã est. Illi vitati ⁊ falsitati in re nulla cõ

P positio ⁊ diuisio corrñdet q̃ h3 ɔ̃: sic attingẽ ⁊ repñtare: q2 attingere ⁊ repñtare fit qñ habem° repñta™ vt spẽz cõformẽ ⁊ repñtantẽ aliq̃ simplr ⁊ nõ fz cõpõnẽ ⁊ diuisionẽ realẽ. g̃ quoꝝ vitas est p̃ attingẽ ⁊ repñtare non respiciunt aliquã ɔ̃põnẽ ⁊ diuisionẽ in re: fz h̃ est circa vitatẽ simpli™ ⁊ incõpositoꝝ: q2 vitas taliũ nõ solũ q̃ ad p̃mã opõnẽ itell's: fz ẽt quo ad 2ᵃᵐ: vt si facio affirmationẽ de deo: q̄ de° est iustus: h̃ nõ est fm ɔ̃põnẽ: q2 in deo nulla est cõpõ: nec mãe ⁊ forẽ: nec gñis ⁊ dñe: nec subti ⁊ accñtis: fz est verũ in eis repñtare ⁊ attingere qñ hẽm° speciẽ repñtantẽ eas fm quã itell's est ɔ̃formis eis. ⁊ tũc attingimus eas siue itelligant̃ q̃ ad p̃mã opõnẽ vt si de° ab'e intelligit̃ q̃ ad qdditatẽ: siue q̃ ad 2ᵃᵐ opõnẽ: vt p̃dicãdo aliqd̃ attributũ de deo: vt dõo de° est iustus: de° est sapiens: illi vitati nulla corrñdet cõpõ in re: fz est eadẽ spẽs repre

Cõmẽ.39. sentans subz ⁊ p̃dicatũ. Vñ Cõmẽtator dicit. 12. huius: q̄ in deo vita ⁊ sapia nõ differũt fz eẽ. vñ idẽ est ibi dispõ ⁊ dispo™. i. subz ⁊ p̃dicatũ in deo oino sũt idẽ realr: sed tñ dñt fz itellm ⁊ modũ itelligẽdi. vñ itell's itelligit subm ⁊ p̃dicatũ in deo diuersa fz assilationẽ ad inferiora. vñ in iferiorib° ista attributa sapia vita sũt diuerse: vt q̄ hõ sit sapiẽs ⁊ viuus: ⁊ sic itell's itelligit ista p̃dicata esse in deo

Q multa: q̃ tñ fz eẽ nõ sũt mlta ⁊ diuersa: quo h̃ sit itelligẽdũ h3 videri. 12. huius: sic ẽt ignorare simplicia ⁊ icõposita est nõ attigẽ. i. qñ nõ hẽm° aliqd̃ repñta™ vniforme eis: tũc est ignorãtia. Et h̃ ignorãtia nõ est p̃ aliquã diuisionẽ realẽ in eis: ⁊ ita ista ɔ̃ referẽ ad 2ᵃᵐ opõnẽ itell's: fz qñ affirmam° vl negam° aliqd de deo: ⁊ aliis abstractis: fz ẽt possit itelligi q̃ ad p̃mã opõne itell's qñ itelligim° qdditates eoꝝ ab'e nõ affirmãdo vel negãdo aliqd de eis.

Ad rationes in opp°. ¶ Ad p̃mã. Nõ entis cũ nõ ente ⁊c̃. põt dici q̄ verũ est fm rem extra aiam: q2 nõ sunt entis extra aiam. vñ d3 intel

A ligi ꝙ veritati itellect⁹:que eſt circa cõpoſita extra aīaꝫ:
correſpõdeat cõpoſitio realis ꝛ diuiſio:ſed ſi ſunt entia rõnis
ſufficit ꝙ correſpõdeat eis cõpoſitio vel diuiſio ſꝫ rõnē:ſic
chimera eſt figmentũ:vt chimera nõ eſt tragelaphus.vñ
iſta ſunt entia rõnis.ſilr nõ ens in aīa eſt ens aliqualr.vñ
dicendo:nõ ens eſt nõ ens:ibi nõ eſt ꝑdicatio ꝓpria:ſed
eiuſdē de eodē:ꝛ in talib⁹ nõ reqrit̃ cõpoſitio realis:cum
idēꝫ nõ cõponat̃ ſibiipſi:ꝛ ſic rõ nõ ꝯcludit.℃ Ad aliã.
illa eſt vera vbi idē ꝑdicat̃ de ſeipſo.Cõcedit̃.vñ non eſt
ꝑdicatio ꝓpria.ģ nõ opꝫ ꝙ tali veritati correſpõdeat cõpo-
ſitio realis:cũ nõ ſit cõpoſitio:qꝛ idē nõ cõponit̃ ſibiipſi.
vñ lꝫ hõ ſit cõpoſitus ex mã ꝛ for͛:tñ hõ nõ cõponit̃ hoī:
ꝛ hoc capiendo eundē hominē:qꝛ hñ particularis homo
B cõponit̃ cũ cõmuni hoīe.vñ idem iudi͛ eſt de iſtis:vbi
idē ꝑdicat̃ de ſeipſo:ſicut de ſimplicibus ꝛ incõpoſitis.
℃ Ad aliã.ſi veritati ſm intellectum ꝛc̃. Dõm corrupto
homine.iſta eſt falſa.hõ eſt aīal:ſicut etiã iſta eſt falſa cor-
rupto ſorte.ſor.eſt hõ:lꝫ aliqui dicant:ꝙ lꝫ nullus homo
ſit:adhuc iſta eſt vera.hõ eſt aīal.vñ iſtud dictum eſt fal-
ſum:lꝫ ſit cõmune. ℃ Queſtio. XV.

Tex.cõ.28 ℃ Sed eſt verum quidem aut falſum ꝛc̃.

Queritur circa hanc partē.Utrũ dece-
ptio cõtingat circa qd̃ qd eſt:
ꝛ circa ſubas abſtractas ꝛ ſimplices. ℃ Et
arguit̃ ꝑmo ꝙ ſic.Sicut ſe hꝫ ſenſus ad ſenſi-
bile ꝓpriũ:ſic intell̾s ad qd̃ qd eſt:per conue-
Tex.cõ.2. nientē ſimilitudinē:ꝛ eã accipit Ariſto.3.de aīa.lꝫ ſenſus
decipit̃ circa ꝓp͛ ſenſibile:vt viſus circa colorē:qꝛ aliqñ
illud qd̃ eſt albũ ſenſus iudicat rubeũ:ꝛ qd̃ eſt dulce gu-
ſtus iudicat amarũ.ģ etiã intellectus decipit̃ circa qd̃ qd
C eſt.℃ Itēꝫ.error in ꝓncipiatis ꝓuenit ex errore in ꝓnci-
pijs:ꝛ hec eſt manifeſta:ſed in cõponēdo ꝛ diuidēdo ſim-
plicia:ꝛ qd̃ qd eſt ꝯ͛ errare:qꝛ aliqñ in cõponēdo partes
ipſius qd̃ qd eſt erramus.ģ etiã ꝯ͛ errare circa ſimplicia:
quoꝝ eſt qd̃ qd eſt.℃ Itē.verũ ꝛ falſuꝫ ſunt cõtraria. Ex
hoc arguit̃.Circa qd̃ hꝫ fieri verũ:hꝫ etiã fieri falſum:cũ
Tex.c.14. ꝯria nata ſint fieri circa idē:vt.10.hui⁹:ꝛ.2.peri herme.ꝛ
verũ ꝛ falſuꝫ ſunt ꝯria:ſed veruꝫ hꝫ fieri circa qd̃ qd eſt:
qꝛ itellectus circa qd̃ qd eſt põt eſſe verus ꝛ rectus.ergo
põt eſſe falſus.℃ Arguit̃ ꝙ deceptio fiat circa ſubſtan-
tias abſtractas.Ad qd̃ qd eſt pertinet genus ꝛ dr̃ia:qꝛ qd̃
quid eſt ꝛ diffinitio exprimens qdditatē cõſtat ex genere
Tex.c.43. ꝛ differētia:vt pꝫ.7.huius:ꝛ.6.topicoꝝ.ergo ꝯ͛ deceptio
circa ſubſtãtias abſtractas:qꝛ ſubarũ abſtractaꝝ eſt diffi-
nitio:ꝛ cõtingit ſcire.igit̃ ꝛ ignorare differentiã.ergo de-
ceptio ꝯ͛ circa ſubſtãtias abſtractas.

Tex.cõ.22 Oppoſitum vtriuſqꝫ vult Ariſto.in predicta lr̃a
qui dicit:ꝙ non ꝯ͛ decipi circa qd̃
qd eſt:lꝫ aut ſm accñs.ſilr nõ ꝯ͛ decipi circa ſubas incõ-
Cõm.22. poſitas ꝛ abſtractas:ꝛ hoc idē vult Cõmentator.

D Ad qõnem dõm ꝑmo ꝙ per ſe nõ ꝯ͛ decipi circa
qd̃ quid eſt. Et cã eſt.potentia cogno-
ſcitiua nãlis nõ decipit̃ circa ꝓp͛ obiectũ:ꝛ hoc qñ po⁹
eſt in tali diſpõne in qua nata eſt cognoſcere.ꝛ ſilr obm:
ſed intellectus eſt po⁹ cognoſcitiua nãlis:ꝛ qd̃ quid eſt ꝓ-
priũ obm eius.ģ nõ decipit̃.maior ꝓbat̃:qꝛ ſenſus eſt po-
tentia cognoſcitiua nãlis:ꝛ nõ decipit̃ circa ꝓp͛ ſenſibi-
le qñ eſt in tali diſpõne vtrũqꝫ in qua ħ natũ eſt cogno-
ſcere ꝛ illud cognoſci:ꝛ ſic etiã quelꝫ po⁹ nãlis actiua ap-
proximata paſſo qñ vtrũqꝫ eſt ſub tali diſpoſitione:in q̃
natũ eſt hoc agere illud pati.tunc ex neceſſitate hoc qdeꝫ
agit.illud ꝟo patit̃.minor pꝫ:qꝛ intellectus eſt po⁹ nãlis
Tex.cõ.21 cognoſcitiua:ꝛ qd̃ quid eſt:eſt eius obm:vt pꝫ.3.de aīa.ģ
nõ decipit̃ circa ipſuꝫ per ſe qñ vtrũqꝫ eſt in tali diſpoſi-
tione in qua natũ eſt hoc mouere:illud moueri.℃ Scdo E
dõm:ꝙ per accidēs hñ ꝯ͛ deceptio circa qd̃ qd eſt. Et cã
eſt:ſicut ſe hꝫ ſenſibile ꝓp͛ ad ſenſum:ita intellectus ad
ꝓp͛ itelligibile:ꝛ qd̃ quid eſt:hec eſt manifeſta ex dictis:
ſed ſenſus decipit̃ per accñs circa ꝓp͛ obm:ſicut cũ orga-
nũ eſt indiſpoſitum:qꝛ lingua in febricitante qd̃ eſt dulce
iudicat amarũ.Etiã medio ente indiſpoſito:qꝛ ſic viſus
aliqñ qd̃ eſt albũ iudicat rubeũ:vt aere ente nubiloſo.ſi-
milr cũ nõ eſt debita diſtãtia ſenſibilis ad ſenſuꝫ decipi-
tur:ſicut viſus ſolē qui eſt maior tota terra iudicat peda-
lē:qꝛ nõ eſt debita diſtantia.Et hoc tangit Themiſtius
2⁹ de aīa.ſic etiã itellectus circa qd̃ qd eſt per accidēs põt
decipi.Et hoc ꝯ͛ duplr.vno mõ in cõponēdo qd̃ qd eſt:
qꝛ errat in cõponēdo ꝑtes incõpoſſibiles vt aīal rõnale
F quadrupes.Alio mõ applicatione qd̃ quid eſt ad diffini-
tũ:qꝛ aliqñ qd̃ qd eſt:eſt bene ordinatũ in partibus:ꝛ ap-
plicat̃ ad alienũ diffinitum:vt animal rõnale mortale ad
aſinũ:ꝛ iſtud eſt per accidēs:qꝛ quando qd̃ quid eſt bene
eſt ordinatũ in partib⁹:ꝛ ad ꝓp͛ diffinitũ applica͛ nũqꝫ
decipit̃ circa ipſum.℃ Tertio dõm:ꝙ circa ſubſtantias
abſtractas nõ ꝯ͛ deceptio.Et cauſa eſt.Circa illud nõ eſt
deceptio:cuius nõ eſt aliquid ignorare ꝛ aliquid ſcire:qꝛ
deceptio eſt habitus erroneus per quē aliquid ſcimus de
re ꝛ aliquid ignoramus:ſed ſubſtantiarũ abſtractarũ nõ
eſt aliquid ignorare ꝛ aliquid ſcire:qꝛ non poſſumus ali-
quid ignorare de ſubſtantijs abſtractis ꝛ aliquid ſcire:cũ
oīno ſint ſimplices ꝛ indiuiſibiles.vñ vel ſimplr ſcimus
eas vel ſimplr ignoramus.Et nõ eſt ignorantia diſpoſi-
tionis:ſed negationis.vñ Ariſt.dicit:ꝙ ipſa ſimplicia in- Tex.c.22.
telligere ſine cõpoſitione reali eſt verũ:ſed nõ intelligere
ea eſt ignorãtia:ſed nõ eſt falſum:nec deceptio que fit per
compoſitioneꝫ vel diuiſionē:ſed eſt ignorantia:ſed non
eſt nobis qualis eſt cecitas.i.per ꝑuationē potentie remo-
te ꝛ receptiue:qꝛ habemus intellectũ per quē eſt poſſibi- G
le nobis eas intelligere:ſed cecus dicit̃ per ꝑuationē po-
tentie nãlis ꝛ remote ad videndũ:ꝛ ſic nos habemus po-
tentiaꝫ ad videndum ꝛ cognoſcendũ ſubſtantias abſtra-
ctas:lꝫ nõ niſi quãdo intellectus fuerit preparatus ꝑ oīa
ſpeculabilia ꝛ cõiungetur ei intellectus agens vt intelle-
ctui adepto.Et addit ꝙ cecitas ſic ſe hꝫ ad colorem:ſicut
aliquis oīno nõ habens intellectũ ad ſubſtantias ſepara-
tas.vnde tunc eſſet ſimile:ſicut eniꝫ aſinus nõ habēs in-
tellectũ hꝫ ſe ad ſubſtantias ſeparatas:ſic cecus ad colo-
reꝫ:qꝛ vtrobiqꝫ ꝑuata eſt potentia remota ad obiectũ:ſed
ſic non eſt de hoīe:quia lꝫ in ꝑncipio nos nõ ſimus in po-
tentia ꝓpinqua ad intelligenduꝫ ſubſtantias abſtractas:
tamen habemus potentiã remotaꝫ vt intellectũ per quē
poſſibile eſt nobis habere cognitioneꝫ abſtractorum. Et
ex iſta litera Ariſto.capit̃ ſolutio queſtionis quã mouet Tex.cõ.36
Ariſto.3.de anima.vtrũ intellectus cõiunctus magnitu-
dini poſſit intelligere ſubſtantias ſeparatas:quia Ariſto. H
vult:ꝙ ſic:qꝛ intellect⁹ nõ hꝫ ſe ſic ad cognoſcēdũ ſubſtã-
tias ſeparatas:ſicut cecitas.℃ Notãdũ diligenter ꝙ Cõ-
mentator hꝫ hic lrãm affirmatiuã.vñ dicit:ꝙ de ſubſtan-
tijs abſtractis accidit ꝑuatio virtutis:que eſt ignorantia
tñ.Et hoc eſt in virtute rationali:ſicut cecitas in oculo:ꝛ
addit Cõmentator:ꝙ Ariſto.innuit per hoc ꝙ nõ intelli-
gere res ſeparatas per intellectuꝫ humanũ eſt in intelle-
ctu noſtro ſimile cecitati in oculo anteqꝫ perficiat̃ intelle-
ctus:ꝛ ſic videt̃ ꝙ litera cõmenti ꝯtradicat litere noſtre:
quia nos habemus negatiuã:Cõmentator affirmatiuam.
Dicendũ eſt ꝙ nõ eſt cõtradictio:quia vtraqꝫ litera põt
exponi ad verũ intellectũ.ꝑma litera negatiua.ignoran-
tia nõ eſt qualis cecitas:referenda eſt ad potentiam natu-
ralem remotã:qꝛ habemus potentiã vt intellectum per

I quē nos possumus itelligere separatā:sed cecus nec poēb
tiā ppinquā:nec remotā hꝫ ad colores. Sed lrā cōmētī:
vt pꝫ per eius expositionē:referē ad potentiā ppinquā
ꝛ acquisitā:qꝛ itellꝰ in pn° cōiunctionis cū corpe non hꝫ
potentiā ppinquā ad itelligēdū sepata:sicut cecus dicit
negatione potentie ppinque:sic intellectus in principio
habet negationem potentie propinque ad cognoscendū
substantias abstractas:sed non remote.

Ad rationes. ¶ Ad pmā.pꝫ ex dictis:qꝛ sensus circa ppriū sensibile nō decipitur
per se:sicut visuꝫ est:ꝫ per accidēs. ¶ Ad aliam. Dōm ꝙ
error in pncipiatis pōt puenire nō solū ex pncipijs in se:
sed ex pncipijs veris male cōparatis. vñ non est error in
pncipijs per se apud habentē intellectū dispositū:ꝫ pōt
fieri error apud itellectū indispositū:ꝛ hoc est p accidēs
ꝛ de hoc visuꝫ est in 2° huius. ¶ Ad aliā. Dōꝫ ꝙ 3ria ha
K bent fieri circa idē subꝫ ppriū.mō ppriū subꝫ veri ꝛ fal
si est cōpositio ꝛ diuisio itellectus:ꝛ ideo habent fieri cir
ca intellectū cōpositū ꝛ diuisū:ꝛ nō circa qd gd est:saltē
subiectiue. vñ ēt nō opꝫ ꝙ semp in quo est vnū 3rioꝶ:in
illo sit reliquū:qꝛ pōt esse vnū determinatū a nā:vt cali
ditas igni:cui nūꝙ̄ inest frigiditas:ꝫ aliqua ppositio cō
posita est semp vera:ita ꝙ nūꝙ̄ est falsa:sicut ppositio
affirmatiua necīa:vt deus est iustus. Aliqua ꝟo semp fal
sa:ita ꝙ nūꝙ̄ est vera:vt deꝰ est iniustus:sicut vult Ari.
Tex.cō.22 9° huius. vñ iste ppositiones determināt se ad vnuꝫ:alie
aūt aliqñ sunt vere aliqñ false:sicut cōtingētes.sort.sedet:
ꝛ circa tales verū ꝛ falsuꝫ habent 3rietatē pprie ꝛ nō cir
ca alias:sic intelligas de qd quid est:qꝛ intellꝰ semp per
se est verus circa qd quid est:ꝫ fiat deceptio ꝛ ignorātia
per accidēs. ¶ Ad aliā. Ad qd gd est. Cōcedit aīs.capiē
do qdditatē pro illo qd exprimit per diffinitionem:ꝛ qd
quid est pro diffinitione:sed negat 9ntia. ¶ Ad pbatio
nēꝫ:ꝙ abstractoꝝ est qd quid est. Dōm ꝙ nō est diffini
tio ipsoꝝ ppria que cōstet ex genere ꝛ drīa:qꝛ abstracta
L nō habent genus ꝛ drīaꝫ:ꝫ Porphyrius velit oppositū.
Et hoc est de nono libro.

¶ Finito nono. Incipit decimus. ¶ Qō. I.

¶ Unum quia multis modis dicitur ꝛc.

Tex.cō.p. 1.2. **Q**ueritur circa decimū librū. Et qa subdit Aristo. infra. Maxime ꝟo qd est metrū esse pmuꝫ. Utrum
vni qd est pn̄m numeri debeat rō mēsure.
¶ Arguit pmo ꝙ nō. Illud qd est mēsu
ra est pn̄m cognoscendi:qꝛ mēsura dꝫ esse
certissimū ꝛ notificare dꝫ mensuratū:sed
vnū nō est pncipiū cognoscendi aliud:qꝛ vnū hꝫ se ad nu
merū vt puatio ad habitū.mō puatio nō est pn̄m cogno
Tex.9.25. scendi habitū:sed econuerso:vt pꝫ.3.de aīa.ꝛ pmo.ḡ nō de
Tex.cō.85 beē sibi rō mēsure. ¶ Itē.si hoc esset:tunc in quocūqꝫ re
periret mensura:ꝛ vnū:sed hoc est falsuꝫ:qꝛ multa habēt
rationeꝫ mensure:ꝛ tamen nō sunt vnū.9sequentia pꝫ:qꝛ
M in quocūqꝫ inuenit posterius:ꝛ pus:sicut in quo inuenit
homo:ꝛ animal.ergo si ratio mēsure debeē vni pmo:tunc
in quocūqꝫ reperiret mensura:ꝛ vnū:cuꝫ mensura sit po
sterior vno. ¶ Item.mensura ꝛ mensuratuꝫ debent esse
Tex.cō.7. vnigenea:sicut pꝫ in hoc decimo:ꝫ vnū nō est vnigeneū
alicui:quia si esset vnigeneuꝫ hoc esset maxime numero:
sed hoc non potest esse:quia numerus est in genere quan
titatis:sed vnitas non est in genere.

Tex.cō.2. **Oppositum** vult Aristo. in predicta litera:ꝛ idē vult Cōmentator.

Dicendum est ad questionē:pmo ꝙ ratio mēsu re pmo ꝛ essentialr debeē vni:qd est

pncipiū numeri. Et causa est. Illi debeē rō mēsure pmo N
ꝛ essentialr quo cognoscitur pmo quātitas alicuius:quia
quantitati maxime debeē ratio mensure ꝛ pmo. vñ etiaꝫ
quātitas dicit esse ratio mensurādi.ergo per qd cognosci
tur quātitas alicuius:illi debeē pmo ꝛ essentialr ratio mē
sure:sed quātitas cuiuslibet cognoscit vno. vnde cōtinua
quātitas notificaē per discretā:discreta quātitas notifica
tur per vnum.ergo sibi debeē ratio mensure. ¶ Iteꝫ illi
debetur ratio mensure pmo ꝛ essentialr in quo inueniun
tur pmo cōditiones mensure:qꝛ in quo inueniunē condi
tiones essentiales alicuius:in eo inuenitur illa res:sicut in
quo inueniunē cōditiones essentiales hominis in eo inue
nitur hō:sed hoc est vnū. Unde.3.sunt cōditiones requi
site ad mensurā. Una est ꝙ sit certissimū:cū mensura de
O beat notificare mensuratū:ꝛ hec cōditio debeē vni:quia
vnū est certissimū inter omnes quātitates:cum notificet
numerus 9tinuū quātitatem. ¶ Scōa cōditio ꝙ mensura
sit indiuisibilis ꝛ minimū vel simpliciter vel ꝟm institu
tionē nostrā. Unde dicit Cōmentator.5.huius:ꝙ res non Com.12.
mensuraē pmo ꝛ essentialiter:nisi per illud qd est indiui
sibile in eis:ex quo cōponuntur:etiaꝫ mensura debet esse
minimū qd dꝫ habere se sic ꝙ nihil possit addi vel auser
ri qd nō lateat nos. vt vult Aristo. in litera.mō hoc maxi Tex.cō.2.
me debeē vni:qa simpliciter est indiuisibile:vt pꝫ in 5°. Tex.cō.12
Et est minimū:quia nihil pōt auferri vel addi qd non la
teat:qd nō inuenit in magno:qꝛ aliquid pōt auferri a ma
gno vel addi ad ipsuꝫ:qd tñ latet. ¶ Tertia conditio est
ꝙ mensura sit vnigenea mensurato:ꝛ hoc vult Arist.4.
physicoꝝ vbi dicit:ꝙ metrū nō est extra genus mensura Tex.9.119.
ti:sed aut multa metrū totū. Modo ista cōditio debetur
vni:qd est pncipiū numeri:qꝛ numerꝰ nō est nisi plures
vnitates essentialr:vt patet. ¶ Itē.qd est pmū in genere:
hoc est mensura posterioꝝ:qꝛ pmū in vnoquoqꝫ genere
dꝫ esse metrū ꝛ mensura alioꝝ:vt dicit in isto.10.ꝫ vnitꝫ Tex.cō.7.
in genere quātitatis est pmū:qd pbatur:qꝛ pmū in gene P
re quātitatis vel est vnū vel multa vel punctum:hec est
manifesta:per sufficientē diuisionē:sed punctū nō est pm̄:
cū addat supra vnitatē positioneꝫ:qꝛ punctuꝫ est vnitas
posita. Nec etiā multa sunt pm̄. Quia si multa essent pmū:
tunc vnū esset posterius multo:ꝛ sic multū nō cōponere
tur ex vno:nec ipsuꝫ participaret:qꝛ pus non cōponit ex
posteriori:nec ipsuꝫ participat.mō hoc est falsuꝫ:qꝛ mul
titudo participat vno ꝛ cōstituit ex vno:aliogn pcedere
tur in infinitū.si nō fieret resolutio multitudinis:quia sic
multuꝫ cōponereē ex multo:ꝛ illud iterū ex alio multo:ꝛ
sic in infinitū. ¶ Scōo dōm:ꝙ rō mensure ab vno trās
lata est ꝛ diminuta ad oēs alias mēsuras. Et cā est. Ab il
lo trāsfert ꝛ deriuaē mēsura ad alias mēsuras quo vnū
qdqꝫ cognoscit:cū mēsura sit rō cognoscēdi aliā:sed per
vnū numerale mēsura in alijs cognoscit:qꝛ dicit Aristo.
metrū in grauitate:ꝛ vna pma grauitas est metrū in gñe
grauitatū:ꝛ vna velocitas pma est metrū velocitatum:ꝛ
vna pma substātia est metrū in gñe substāꝝ:ꝛ sic de alijs.
¶ Itē.a quo in alijs deriuaē indiuisio est mēsura:qꝛ mē Q
sura dꝫ esse indiuisibilis:ꝫ ab vno qd est pn̄m numeri ac
cipit idiuisio in alijs. Uñ aliqd est idiuisibile simplr vt
vnitas. Aliqd est idiuisibile ꝟm institutionē:qd est simile
vnitati numerali:vt in quali ꝛ quāto:qꝛ aliqñ accipimus
quātitatē que nō est simplr idiuisibilis:vt linea pedalis:qꝛ
9tinuū diuidit in infinitū:sed est idiuisibile ꝟm nostrā insti
tutionē:ꝛ sic ponit metrū:ꝛ sic intelligas de alijs. Et hoc
dꝫ itelligi de illis que sūt quāta vel in quātitate ꝛ corpibꝰ:
qꝛ forte rō mēsure in imālibꝰ est vnitas essentialis:cū ēt
numerus essentialiū sit ex vnitatibꝰ essentialibꝰ:sicut nu
merus mālium est ex vnitatibꝰ que sunt pn̄m quātitatis.

A **Ad rationes.** ¶ Ad p̄mū cõcedo maiorē: quia mensura dȝ esse p̄n^m cognoscendi mensurati. Et tu dicis: ꝙ vnitas ⁊c̃. negat̃: ad ꝓbationē vnitas dicit ꝑuationē. Dōm ꝙ vnitas pōt ꝯsiderari du/ plr. vno mō quo ad nām subiectā indiuisioni: ⁊ illud si/ gnificat̃ noīe p̄ncipal'r vnitatis: ⁊ sic vnitas nō dic̃ ꝑua/ tionē: nec indiuisionē. Alio mō pōt ꝯsiderari quo ad idi/ uisionē que est posterior diuisione: ⁊ sic nō est p̄n^m cogno scendi. vñ etiā illa indiuisio est extra eius signatū: ȝ ꝯno/
B tat. ¶ Ad aliā. si vnū haberet ⁊c̃. negat̃ ꝯñtia. Ad proba tionē. vbi inuenit̃ posteri⁹ ⁊c̃. Cõcedit̃ in dictis vniuoce ⁊ essentialr ordinatis: sed in dictis analogice: nō opȝ. vñ si rō mensure vniuoce reperiret̃ in vno: ⁊ in alijs generi/ bus: tunc bñ ꝯcluderet: sed sic nō est: q2 rō mensure debe/ tur vni ⁊ alijs generibus analogice: q2 per p̄us vni ⁊ po/ steri⁹ alijs. vñ vbi inuenit̃ rō mẽsure: nō opȝ ponere vnū qđ est p̄ncipiū numeri: ȝ sufficit aliqđ ꝓportionale q̄tū ad rōnē indiuisionis: sicut calidum est posteri⁹ igne: ⁊ tñ nō opȝ ꝙ vbi sit calidū ꝙ ibi sit ignis ſm v̄tutē vel ſm refractionē. ¶ Ad aliā. Cõcedit̃ maior de mẽsura intrin seca ꝙ sint vnigenea. i. ad idē genus pertineāt: nō ꝙ am/ bo ponant̃ ꝑ se in genere: sed vnū reductiue: ⁊ sic est vnū in genere quātitatis. vñ magis loquendo veridice posset dici ꝙ vnū sit mensura vnitatis: q2 idē est ꝙ vnitas sit p̄ncipiū numeri ⁊ vnitatū: ⁊ nō differūt ſȝ reȝ: ȝ aliqua/ liter differūt: q2 vnitates sex magis explicite important
Tex.cõ.2. mensurā q̄ numerus senarius. ¶ Questio. II.

C **Consequenter** queratur adhuc cir/ ca eandē p̃tē. Utrū minimum in vnoquoqȝ genere sit mensura oīuȝ illius generis. ¶ Arguit̃ p̄ ꝙ nō. Mo/ tus p̄mus est mensura oīuȝ motuū ⁊ non est
Tex.cõ.61 ⁊ infra: minimus. ergo ⁊c̃. maior est nota. ex. 8. phys. ⁊ 2° celi. ma ior ꝓȝ: q2 motus p̄mus est mot⁹ maxie mobilis. ḡ est ma/
Tex.c.28. ximus ⁊ nō minimus: cū vltima sphera sit maxima ⁊ cō/ tineat oēs alias. ḡ ⁊c̃. ¶ Itē. dualitas est p̄mus numer⁹ par: ⁊ minimus: q2 in ipsa inuenit̃ p̄ma paucitas: ⁊ ꝑ ꝯñs p̄ma multitudo ⁊ p̄m⁹ numerus: ⁊ per ꝯñs erit minimus: sed nō est mẽsura oīuȝ alioꝝ: q2 dualitas aliquotiēs sum pta nō reddit oēm numerū: ⁊ tñ est de rōne mẽsure. ḡ ⁊c̃. ¶ Itē. mensura ⁊ mensuratū debēt esse vnigenea ex isto
Tex.cõ.7. 10. sed in ꝯtinuis minimū nō est vnigeneū cū alijs: q2 mi/ nimū est indiuisibile: sicut punctum: alia aūt diuisibilia: quare nō possunt esse vnius generis.

Tex.cõ.2. **Oppositum** vult Aristo. in predicta litera: ⁊ Cō/ mentator ⁊ expositores: ꝙ minimū in vnoquoqȝ genere est mensura oīum aliorum.

Dicendum est ad q̄ōnē: ꝙ minimuȝ in vnoquo/ qȝ genere est mensura oīum alioruȝ: ⁊ causa est. ¶ Illud est mẽsura oīuȝ alioꝝ qđ in se est cer
D tū ⁊ certissimū: q2 dicit Arist. ꝙ mẽsura est illud quo cer/ te cognoscimus q̄titatē vniuscuiusqȝ ꝓpter hoc de rōne mensure est certitudo: q2 minimū est certissimū oīuȝ illi⁹ generis: q2 minimū in vnoquoqȝ genere est certissimuȝ: ⁊
Tex.cõ.3. hoc ꝓbat Aristo. in lr̃a: q2 certissimū in vnoquoqȝ genere est a quo nō pōt fieri subtractio ⁊ additio latens: imo cū aliqđ addit̃ vel subtrahit̃ statim est manifesta subtractio vel additio: sed tale est minimū: q2 minimo non pōt fieri additio: nisi statim manifestet̃: nec subtractio. ḡ est certis/ simū: ⁊ per ꝯñs est mensura oīuȝ illius generis. ¶ Scđo dōm est ꝙ illud minimū nō est semꝑ simplr minimum. Et cā est. Illud qđ est diuisibile nō est minimū: q2 mini/ mū est idiuisibile: qđ ḡ est diuisibile nō est minimuȝ: sed mensura aliqñ est diuisibilis: q2 aliqñ accipimus mẽsurā lineā cubitalē vel pedalē: que est diuisibilis: ⁊ hoc est mi/ nimū ſm nostrā institutionē: ⁊ hoc expresse vult in illa li/
E tera. Nō semꝑ aūt nuō vnū metrū: ⁊ postea subdit. Quia
Tex.c.14. qđ p̄^m singulariū indiuisibile nō simplr aūt oē indiuisibile: vt pes ⁊ vnitas. Ex qua litera accipit̃ ꝙ duplex est mini/ mū: qđdā est minimuȝ simplr: sicut vnitas in discretis q̄ est mẽsura. Aliud est minimū ſm nostrā institutionē: sicut mensura accipit̃ in cōtinuis: qđ est simile vnitati numerali: sicut aliqñ accipimus quātitatē aliquā que nō est simplr indiuisibilis vt pedalis linea est diuisibilis: q2 ꝯtinuum semper diuiditur: sed est indiuisibilis ſm nostrā institu/ tionē: ⁊ sic etiaȝ est de alijs mensuris vt de vlna.

Ad rationes. ¶ Ad p̄mā: motus p̄mus ⁊c̃. Con/ cedit̃. Tu dicis: ꝙ est maximus. si referat̃ ad subȝ in quo est: sed si referat̃ ad tēpus mensu/ rans: sic est minimus: q2 motus p̄mus est velocius ⁊ velo
F cissimū mensurat̃ minimo tpe: ⁊ hoc est verum respectu alioꝝ tēpoꝝ que mensurant motus aliorum orbiuȝ. Uel posset dici: ꝙ est minimus. i. simplicissimus: q2 p̄mū mo bile tñ vno motu mouet̃ regulari: sed alij orbes mouen/ tur pluribus motibus. ¶ Ad aliaȝ. dualitas est minim⁹ numerus par. Conceditur. Tu dicis: ꝙ dualitas ⁊c̃. Dōm ꝙ dualitas mensurat omneȝ numerum vel per se vel ali/ quo assumpto: ⁊ tamen dicit̃ mensura aliquotiens ⁊c̃. Di/ cenduȝ ꝙ verū est de mensura aliquota: quia illa aliquo/ tiens sumpta reddit totuȝ precise: sed nō est veruȝ de mē sura nō aliquota: quia illa aliquotiens sumpta nō precise reddit totū: ȝ vel abundat vel deficit. ¶ Ad aliā. ꝙ mē/ sura ⁊ mensuratū debent esse vnigenea. Concedit̃ intelli/ gendo ꝙ pertinet ad idē genus: siue hoc reductiue siue ꝑ se. vnde aliquando mensura ⁊ mensuratuȝ per se ponunt̃ in genere eodeȝ: sicut cū quātitas mensurat q̄titateȝ: ali/ quādo mensuratuȝ ponitur per se in genere: sed mensura non: nisi per reductionem: sicut p̄ncipiuȝ ponitur in pre/
G dicamento per reductioneȝ ad p̄ncipiatuȝ: sicut se habet
Tex.cõ.2. vnitas ad numerū. Et hec de q̄ōne. ¶ Qō. III.

Consequenter queratur adhuc cir/ ca eandē p̃tē. Utrū illud qđ est mensura in aliquo genere sit p̄^m ⁊ causa alioruȝ que sunt in illo genere. ¶ Argr̃ p̄mo ꝙ non. Unum est mensura numeri: vt dictuȝ est: sed tñ vnū nō est p̄ncipiū multitudinis: q2 vnū ⁊ multa opponunt̃: q2 vnū oppositoꝝ nō est p̄ncipiuȝ al terius. ergo ⁊c̃. ¶ Itē. mẽsura dȝ esse pars mensurati: ita ꝙ aliquotiens sumpta reddit mensuratū: sed punctus est primū in genere quātitatis: ⁊ tñ non est pars quantitatis: nec aliquotiens sumptus reddit quantitatē. ergo p̄^m non est mensura alioꝝ. ¶ Iteȝ. p̄ma cā est mensura oīuȝ sub/
Cōmē. 7. stantiarū: vt vult Cōmentator in isto. 10. sed p̄ma causa nō est in aliquo genere: vt oēs ꝯcedūt. ḡ illud qđ est men/ sura alioꝝ nō est p̄mū ⁊ causa in suo genere.

Tex.cõ.2. **Oppositum** vult Aristo. in predicta litera: qui vult ꝙ mẽsura sit p̄^m oīuȝ illi⁹ gñis. Et hoc idē vult Cōmētator ⁊ alij expōnētes Aristotelē.

H **Dicendum** ad questionem: ꝙ mensura in aliquo genere est p̄mū ⁊ causa oīum in illo genere. Et causa est. In quolibet genere est vnum perfe/ ctissimuȝ: quod est causa oīum que sunt in illo genere: q2 duo non possunt esse perfectissima in eodeȝ genere: quia impossibile est in eodem genere esse duas species equali ter perfectas: sed illud est primum ⁊ mensura omnium: quia primum ⁊ perfectissimum conuertuntur. ergo ⁊c̃. ¶ Item. illud qđ est post p̄mum vel est causatū vel non causatū: ⁊ hec est manifesta per sufficiētē diuisionē: ȝ nō pōt dici ꝙ nō sit causatū: q2 sic esset p̄mū: ⁊ per ꝯsequens duo p̄ma essent in eodeȝ genere qđ est impossibile: q2 qđ

I per supabūdantiā dī vni soli cōuenit: vt dī. 3. topi. ḡ illud
erit causatū. Ex hoc vlteri⁹: si est causatū vel est causatū
ab aliquo eiusdē generis vel ab aliquo alteri⁹ gñis: p suffi
cientē diuisionē: sʒ nō pōt esse cātū ab aliquo alteri⁹ gene
ris: qꝛ sic cā ꝛ cātū nō cōuenirēt in genere: qḋ est falsuʒ. ḡ
est causatū ab aliquo eiusdē gñis: ꝛ hic nō pōt eē nisi pⁱᵐ:
qꝛ si ponereť aliqḋ posterius aliquo illud causareť: tunc
quereret de illo posteriori: sicut pus: vel est causatuʒ vel
nō causatū: nō pōt dici ꝙ nō sit causatū: qꝛ sic esset pmū
vt deus: imo vt pus ꝛ essent duo pma in eodem genere. si
aūt est causatū: tunc est causatū ab aliquo eiusdē generis
vel alterius: ꝛ sic in ifinitū: vel erit dare pᵐ qḋ sit cā ꝛ mē
sura oium alioꝝ. vñ iste cōuertunť: si est pᵐ ꝛ causa. ḡ est
mensura: ꝛ ecōuerso. ¶ Notandū tñ ꝙ duplex est men
K sura ꝛ pmū. Quedā est mēsura intrinseca: sicut mā ꝛ forᵃ:
que sunt pncipia cognoscendi reꝫ: ꝛ cā rei intrinseca. Alia
est mensura extrinseca: sicut finis ꝛ efficiens: ꝛ sicut dicit
Comē.7. Cōmētator: ꝙ est dare pmū efficiens ꝛ finē vt pmā cām:
qḋ est mensura oiuʒ extrinseca: ꝛ fm appropinquationeʒ
vel remotionē ab ipso omnia dicuntur magis vel minus
perfecta: qꝛ qḋ est propinquius ei magis est perfectum: ꝛ
qḋ est remotius ab eo minus est perfectum.

Ad rōnes ¶ Ad pmā. vnuʒ est mensura numero
ruʒ ꝛc. Cōcediť. mensura intrinseca. Et
tu dicis: ꝙ vnū nō est pncipiū multoꝝ: qꝛ sunt opposita.
Dōm ꝙ vnū capiť dupl'r. vno mō fm formā ꝛ speciē p
priaꝫ: ꝛ fm cōpletionē ꝛ perfectionē eius: ꝛ sic vnū oppo
niť multo ꝛ nō ꝯstituit ipsuʒ. Alio mō nō fm spēʒ ꝛ for
mā ppriaꝫ: sed fm ꝙ est pars: ꝛ includitur in multo: ꝛ nō
fm ꝙ vnuʒ habet cōpletionē: ꝛ sic vnū cōstituit multa: ꝛ
poniť sile. Corpus dupl'r accipiť. Uno mō fm formaꝫ ꝛ
specieꝫ ppriā vt opponiť aiato: sicut corpus qḋ est lapis
hꝫ formā ppriā ꝛ cōpletionē per se: ꝛ sic nō cōstituit ani
L matū. Alio mō capiť nō fm cōpletionē ꝛ formā ppriā:
sed inqꝫtū est pars aiati: ꝛ est in potētia ad vlteriorē per
fectionē: ꝛ sic cōstituit corpus. ¶ Ad aliaꝫ. Mensura dꝫ
esse pars. Dōm ꝙ verū est. si est mensura intrinseca: tunc
est pars essentialis vel q̄ntitatiua. Et tu dicis: ꝙ punctum
est pᵐ ꝛ nō est pars. Dōm ꝙ punctū est ps linee nō q̄nti
tatiua: sed essentialis: qꝛ linea cōponiť ex lōgitudie tanq̄
ex mā: ꝛ ex duob⁹ punctis terminantib⁹ tanq̄ ex forᵃ. vñ
Caᵒ de p se. etiā dicit Aris. pmo posterioꝝ: ꝙ subā coꝝ est ex his: ꝛ lo
quiť de linea: que est ex punctis tanq̄ ex ptibus essentia
libus. ¶ Ad aliā. pma causa ꝛc. Conceditur. ꝙ sit mensura
extrinseca: vt pus visuꝫ est: ꝛ videť in sequētibus. Et tu di
cis: ꝙ nō est in genere. Dōm ꝙ est in genere sube per re
ductionē: sꝫ non per se: ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ aliqḋ sit in
genere per reductionē ꝙ sit mensura. vñ nō opꝫ ꝙ men
sura ꝛ mensuratū per se sint in genere: sed sufficit ꝙ vnuꝫ
sit in genere per reductionem. ¶ Questio. IIII.

Tex.cō.5. ¶ **Et sciam metruꝫ rerum dicimus ꝛc.**

M **Q**ueritur circa hanc partē. Utrū scien
tia ꝛ sensus sint mēsure reꝝ.
¶ Et arguiť pmo ꝙ sic. Illud est mēsura re
ruꝫ: per qḋ alia cognoscuntur: qꝛ mensura dꝫ
esse pⁱᵐ cognoscendi mensuratū: sed per sciē
tiaꝫ ꝛ sensuꝫ alia cognoscunť: qꝛ per sensuꝫ cognoscuntur
oia sensibilia: ꝛ per intellectū oia intelligibilia. vt pꝫ. 3. de
Tex.c.37. aia. ḡ ꝛc. ¶ Itē. illud est mēsura alioꝝ: qḋ est pⁱᵐ coꝝ: qꝛ
mensura est pncipiū ꝛ causa alioꝝ: vt pus visuꝫ est: sed in
tellectus ꝛ scia est pⁱᵐ oiuꝫ alioꝝ: qꝛ scia ꝛ intellectus di
uinus sunt pncipia oiuꝫ nālium: ꝛ scia ꝛ intellectus human⁹
sunt pncipia oiuꝫ artificialiū. ḡ intell's est mēsura rerum.
¶ Item. veritas pmo est in intellectu. pmo peri herme
nias. ꝛ. 6. huius. ḡ intellectus est mēsura oiuꝫ reꝝ: qꝛ sicut Tex.cō.8.
aliquid se hꝫ ad esse veruꝫ: ita ad esse: qꝛ ens ꝛ verum cō N
uertuntur. modo in quo aliquid habet pmo esse: illud est
causa eius: ꝛ per ꝯsequens mensura.

Oppositum vult Aristo. in litera. vbi reprobat Tex.cō.5.
opiniones alioꝝ q voluerūt ꝙ sciē
positionē cathegoricaz in reb" mālibus:vn̄ sicut ibi dic
dispō t dispo":t sunt multa:vt q hō sit sapiēs t viuus:
sic itellectus itelligit ista p̄di"a in deo eē multa:que tamē
fm rē non sunt multa t diuersa:vn̄ Cōmētator dicit:q
ista p̄dicata in deo non differunt:sicut ab"" t ɔcretum:
ita q vita significet aliqd non in subiecto:viuum aūt si
gnificet aliqd in subiecto.s.formam in mā t habitu3 in
subiecto:sicut ēt se habz albedo ad album.¶ Notādū
etia3 q h est dubium:si ista attributa in deo t dispōnes
nullam haberēt diuersitatē in re:sed tm̄ fm itellectum: H
tunc seq̄retur q iste conceptus eēt fictus:ga ille ɔcept"
est fictus:cui nulla correspondet diuersitas realis in re:
vn̄ pp̄ter hoc dicit Cōmētator.4.physi.ne Aristo.con
cederet tēpus fictum nō solū dixit eē in itellectu:s3 eē in
re extra.¶ Ad hoc dicūt aliq doctores:q in deo nō est
multitudo:nec diuersitas:s3 non idētitas:s3 hoc non vz:
ga illud.s.nō idētitas est ens.g̃ op3 q sit ide3 vel diuer
sum cū deo:ga qōl3 ens cōparatū enti:vel est idē:vel di
uersu3.¶ Alij euadūt p formalitates:de gb" non curat
ad p̄ns.¶ Vn̄ dicēdum est ad qōnē fm itētionē Arist.
t Cōmētatoris:q nulla est diuersitas in deo:s3 omnino
idētitas.Et differunt ista attributa in deo fm itellectu3
humanum:t non sequitur q si diuersitas conceptuu3 est
quib" ɔsideramus deū q reducat in diuersitatē realem
in ipso deo:s3 sufficit q isti diuersitati fm itellectum vt
nō sit ficta correspōdeat aliqd in crātis.s.in hoie est aliō

I intelligere et velle: et ex illa diuersitate quo ad intelligere
et velle secundum quandam assimilationem concipimus intelligere et
velle in deo diuersa: non quod diuersitas illa intellectorum at-
tributorum in deo reducatur ad diuersitatem in deo: sed suffi-
cit quod sit ex diuersitate: que est in causatis: que correspon-
det illi diuersitati intellectus: vnde ex hoc quod aliud est homo
vt intelligens: et aliud vt volens declaramus intelligere et
velle in deo: et concipimus ea vt diuersa secundum intellectum:
cui diuersitati nulla diuersitas in deo correspondet: et tamen
non est ficta: sed reducitur ad diuersitatem realem: que est in-
ter velle et intelligere in homine: et hoc sufficit. ¶ Et hic for-
te voluit dicere Commentator: quod intellectus intelligit dispo-
sitionem et dispositum in deo secundum assimilationem: si natus est
multa intelligere: vnde sicut videt hoc in homine aliud esse
intelligens volens et iustum etc. sic per assimilationem acci-
K pit et intelligit in deo vt est viuere intelligere et velle etc.
non quod illi intellectioni correspondeat diuersitas realis
in deo: sed sufficit diuersitas in causatis: vt dictum est.

Ad rationes. ¶ Ad primam. Delectatio etc. Con-
ceditur in inferioribus: sed in deo de-
lectatio non est passio consequens intelligere: sed est eadem
essentialiter cum intelligere: vt visum est. ¶ Ad aliam. Illa non
comparantur etc. verum est de comparatione proprie dicta: que
est in predicato vniuoco: sed tamen comparatio potest fieri large:
vt improprie dicta: que non est in predicato vniuoco: sed ana-
logo: vnde delectatio non est vniuoce dicta de delectatione
dei et inferiorum. ¶ Ad aliam. patet ex dictis: quia ista attributa
delectatio et vita non faciunt aliquam compositionem in deo:
quia vita et viuere in deo et delectatio sunt vnum et idem omnino
secundum rem: sicut visum est prius: vnde etiam delectatio in deo
non est vnio conuenientis cum conuenienti tanquam diuerse rei
L cum re: sed ibi est idem delectans et delectatum: et intel-
ligens et intellectum. ¶ Questio. XV.

¶ Ostensum est autem et non contingit etc.

Tex. co. 41.

Queritur circa hanc partem. Utrum primum
principium sit infiniti vigoris in-
tensiue. ¶ Arguitur primo quod sic. Primum princi-
Tex. c. 79. pium mouet per tempus infinitum: auctoritate Aris.
8. physi. ergo est infiniti vigoris: quia maior vir-
tus requiritur ad motum per maius tempus: quia ad hoc quod moueat
per duos dies requiritur maior virtus quam quod homo mo-
ueat per vnam diem: ergo quod aliquid moueat per tempus
infinitum requiritur quod sit virtutis infinite.

Com. 79.
Co. 63. t. 71. **Oppositum** patet auctoritate Commentatoris: qui
vult. 8. phy. et 2. celi: quod infinitas in-
tensiue secundum qualitatem actionis est impossibilis in formis
secundum quod sunt forme: ita quod nulla forma infinita sit intensiue:
M siue sit materialis siue immaterialis et separata a materia. Et potest argui
ratione: si primum mouens esset infiniti vigoris: tunc idem vigor esset
ignotus nobis: sed hoc est falsum: quia in cognitione ipsius dei
Cap. 11. consistit nostra felicitas: ex. 10. ethi. consequentia patet: quia infinitum
Tex. c. 35. secundum quod infinitum est incognitum: ex primo physico. et 2. huius.
Tex. co. 11.

In ista questione sic procedetur. primo namque exponentur vo-
cabula questionis vt quid sit vigor et infinitus vi-
gor: et per consequens quid sit finitus vigor. ¶ Et ad hoc intelligen-
dum notandum quod per vigorem nihil intelligitur aliud apud philosophos
nisi virtus actiua immediata motus: quia vigor sonat potentiam
actiuam: a qua immediate egreditur motus: que non est termi-
nata et finita et limitata ad determinatam velocitatem: sed
Comm. 79. quacunque velocitate data potest in maiorem: et hoc vocat i. 8.
Comm. 41. physi. et in hoc. 12. Commentator infinitum in qualitate actio-
nis: quia non est finitum ad determinatam qualitatem actionis:
sed vigor finitus est virtus actiua motus immediata: que
est determinata et limitata ad determinatum terminum ve-
locitatis secundum magis et minus: ita quod non potest in maiorem: N
nec minorem velocitatem motus: sicut motor quilibet appro-
priatus celestis limitatur secundum determinatam velocitatem:
quia non potest velocius nec tardius mouere. ¶ 2º est dicendum conclusiones
ad questionem secundum intentionem Aristo. et Commentatoris: et sunt
due conclusiones. Prima est quod deus non est infiniti vigoris inten-
siue. Et causa est. Si deus esset infiniti vigoris intensiue: tunc
moueret in non tempore: sed hoc est falsum: quia motus non fit
in instanti cum sit contra naturam motus: vel quia est localis de
quo loquitur hic qui est primi mobilis: quod mouet primum mo-
uens: consequentia patet: quia si primum mouens esset infinitum in vigore:
vel moueret in tempore vel in non tempore: si in non tempore: tunc
habetur primum inconueniens: si in tempore: tunc cum proportio tem-
poris motus ad tempus sit secundum proportionem virtutis ad vir-
tutem: tunc si primum mouens moueret in tempore quantumcunque
paruo: tempus in quo moueret haberet proportionem ad tempus in
quo mouet virtus finita: et per consequens esset proportio virtutis O
finite ad infinitam: quod est impossibile: quia virtutis infinite ad
finitam nulla est proportio. Et ista ratio est Arist. primo ce- Te. co. 52.
li vbi probat quod non potest esse grauitas et leuitas infinita.
¶ Item: si primum principium esset infiniti vigoris: tunc virtus
finita in equali tempore posset mouere in quo mouet virtus
infinita: hoc est impossibile: quia maior virtus intensiue in
minori tempore equalem effectum producit: vel in equali tempore
maiorem et perfectiorem producit effectum quam virtus minor:
consequentia patet: quia posito quod primum principium quod est infiniti vigo-
ris moueret in tempore: illud tempus sit viginti quatuor ho-
rarum in quibus reuoluitur primum mobile ab eodem puncto in
idem: tunc accipiatur virtus finita: que moueat ipsum in mi-
nori tempore: modo illi virtuti addatur alia: quia hoc est pos-
sibile: et quanto plus tunc additur de virtute: tanto magis di-
minuitur de tempore: quia tanta virtus aggregata ex preexisten- P
te et addita mouet in minori tempore. ¶ Item: addatur alia
virtus: et sic semper donec moueat virtus finita in equali
tempore in quo mouet virtus infinita: quia per additionem sem-
per virtutis finite peruenitur ad illud tempus in quo mo-
uet virtus infinita: et tamen illa virtus cui additur virtus alia
semper remanet finita: quia per additionem finiti ad finitum non
constituitur nisi finitum. ¶ Item: nihil debet poni in philosophia
nisi possit conuinci ex manifestis sensui: sed primum princi-
pium esse infiniti vigoris non potest conuinci ex manifestis
sensui: maior probatur per Commentatorem. 8. physi. Experimen- Comm. 22.
ti sermonum verorum etc. minor patet: quia quod primum principium
sit infiniti vigoris non potest conuinci ex sensatis ex parte sub-
stantie eius: quia substantia eius non est sensibilis: nec ex parte
effectuum: quia nullus effectus est alius per quem posset con-
uinci quam motus et tempus: sed per tempus et motum hoc non
potest conuinci: quia motus et tempus sunt finita et limitata quan- Q
tum ad velocitatem: quia motus non fit simul in instanti: sed
oportet quod successiue: et quod successiue fit non procedit ex infini-
to vigore: quia hoc posset mouere et facere ipsum in non tem-
pore: vnde motus est determinatus quo ad velocitatem: quia
est dare maximam velocitatem: et motus non potest veloci-
tari in infinitum. ¶ Nota quod aliqui volunt impedire istam Contra 2um
rationem: et dicunt quod differentia est inter agens et mouens secundum Thomas
naturam: et agens et mouens per voluntatem et intellectum: quia agens
secundum naturam agit quantumcunque potest agere: et secundum vltimum sue
virtutis: vt ignis agit in materiam subiectam quantumcunque potest
et secundum vltimum virtutis: quia virtus et actio naturalis est de-
terminata ad maximum et ad minimum: sed agens per vo-
luntatem et intellectum non agit quantumcunque potest: sed
secundum exigentiam finis et possibilitatem materie subiecte: vt
domificator non agit quantumcunque potest: sed secundum quod finis
exigit: et secundum quod materia subiecta potest recipere: vnde potest
agere plus vel minus secundum quod appetit finem fortius vel
minus.

A minus: sed deus est agens ⁊ mouens per voluntatem et
intellectum: ergo non oportet ꝙ moueat quantūcunq̄
potest: sed sm possibilitatē materie subiecte: sed sm ꝙ
recipit motum: vt celum non est natū recipere veloci-
tatem motus in infinitum: sed sm determinatam velo-
citatem: q̄a natura corporalis non est nata recipere per-
fectionem equalem substātie infinite in vigore: ⁊ ista est
Obiectio sancti doctoris i 8. ph. sup ex-
obiectio sancti Thome. 8. physicorum. ¶ Ad hoc dice-
ret Arist. ꝙ verū est: de voluntate ⁊ intellectu transmu-
plicē. cō. 79 tabili: vnde intellectus qui potest itelligere modo vnū
postea aliud: ⁊ potest intelligere modo pfectius vel mi-
nus perfecte: quia sic est transmutabilis: vt domificator
potest intelligere domum perfectius vel minus perfe-
cte: ⁊ sm hoc agit: ⁊ de illo agente est verum ꝙ nō opor-
tet ipsum agere quantūcūq̄ potest: quia agit sm exigen-
B tiam finis ⁊ possibilitatē materie subiecte: sm ꝙ sic pōt
fortius vel debilius agere: ⁊ sm ꝙ aliter ⁊ aliter intelli-
git ⁊ appetit: sed agens per voluntatem ⁊ intellectū qui
est intransmutabilis ⁊ semper quantum potest ⁊ amat
⁊ appetit semper eodem modo: illud etiam agit quātū-
cūq̄ potest: cum actio sequatur appetitum: sed primum
principium est hm̄: quia eius intellectus non est trāsmu-
tabilis: ꝙ modo intelligat ⁊ appetat perfectiori modo:
ita ꝙ appetitus eius feratur de vno appetibili in aliud:
sed semper eodem modo appetit ⁊ intelligit quātūcūq̄
potest: ergo etiam agit quantūcunq̄ potest. Tu dicis: ꝙ
verum est inquantum est de se agit quantūcūq̄ potest:
sed inquantum est ex parte mobilis impeditur: q̄a mo-
bile non est natum recipere effectum proportionabilē
potentie infinite in vigore. ¶ Ad hoc diceret Aristo. et
Cōmentator: ꝙ non est aliqua virtus actiua sine passi-
ua correspondente ei. Et hoc patet ex diffinitione poten-
Te. cō. 17. tie actiue in 5° huius. vbi dicitur potestas actiua est pn̄-
C cipium transmutandi alterum: vel idem inquantum al-
terum. ergo si primum principium habet potentiā mo-
uendi in instanti: tunc debet eē virtus passiua: que sit na-
ta recipere sic: ⁊ hoc est verum sm fundamenta Arist. ⁊
Cōmentatoris. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ sm Cōmē-
tatorem: primum principium: nec est finiti vigoris: nec
infiniti. Et causa est. Illud mouens qd̄ non mouet aliqd̄
mobile imediate: nec est vigoris finiti: nec infiniti: quia
per vigorem intelligitur virtus actiua imediata motus.
ergo qd̄ imediate non efficit motum: nec est vigoris fi-
niti: nec infiniti: sed primum mouens est hm̄: quia pmum
mouens non mouet imediate: quia mouet mediāte mo-
tore appropriato: ⁊ sic mouet alia mediantib⁹ alijs mo-
toribus celestibus. ¶ Et hoc probatur multis auctori-
T. cō. 36. ⁊ tatibus. Prima est Aristo. 12. huius. vbi dicit: quilꝫ mo-
37. tor celestis mouet: vt amās ⁊ desiderās aliud: ergo opꝫ
D esse aliud propter qd̄ est amans ⁊ desiderās. Et ista est
Te. 64. ⁊ intentio Aristo. 2° celi. vbi dicit: qd̄ autem est optime se
65. habens nihil indiget actione: quia totaliter est optimū
eorum que sunt in natura: videt̄ autem optime habenti
existere qd̄ bene est sine actione. Hoc probat Arist. actio
autem qd̄ est in duobus: ⁊ cuius gratia fit: ⁊ qd̄ hui⁹ gra-
tia. ergo si primum principium ageret imediate: tūc eēt
finis eius: ppter quā ageret: quare esset nobilior eo: sꝫ
nihil est nobilius primo. ¶ Hoc etiam patet auctorita-
Cōm. 41. tibus Cōmentatoris. primo dicit Cōmentator 12° hui⁹.
Ista auctas Cōmētato. in 12. metaphy. cō. 41. fuit la- ꝙ motus celi dependet a duplici motore: ab vno moto-
re qui est finite motionis ⁊ determinate velocitatis: qui
est anima existens in eo: sed ab alio motore qui est infi-
pius sapiētū nite motionis: a quo habet perpetuitatem motus: ⁊ ille
in via Alā. qz motor est virtus liberata a materia. ¶ Itē: ostendit in
nō itēdit dicē eodem ꝙ virtutes in corporibus celestib⁹ possunt sem-

per mouere: ⁊ possunt non semper mouere: possunt non Cōmentator
semper mouere si illud propter quod mouent est subie- ꝙ celum mo
primum alicuius transmutationis. ergo mouent propter ueat a dupli-
finem quem intelligunt semper ⁊ ex perpetuitate intel- ci motore sꝫ
lectionis eius semper mouent: qui finis non est propter cēnā: imo ē
aliud: quia si transmutarentur non semper intelligerent vn⁹ motor sꝫ
ipsum eodem modo: ⁊ non semper mouerent. ¶ Itē: cēr ⁊ appellat
dicit in de substantia orbis. caplo 4°: cum Aristo. consi- duplr̄ pp du-
derauit in virtutibus appetitiuis que mouent imediate plicē rōnem
corpora celestia vidit in his virtutibus diuinis eas mo- mouēdi: sicut
ueri ad aliquid appetibile nobilius: ⁊ hoc est deus. Et sic subalr̄ decla-
intelligit Cōmentator ꝙ primum mobile siue sit octaua uit Greg. ari-
spbera siue nona non mouetur imediate a primo moto- minēsis in p°
re: sed ab alio a primo habet velocitatem determinatā: dis. 2. q. 1.
E
sed a primo motore habet perpetuitatem motus: vnde
etiam Cōmentator dicit 8° physico. ꝙ primum mouēs Com. 79.
non existit in magnitudine: ⁊ per hoc neq̄ est finitū neq̄
infinitum. ¶ Tertio mouebantur difficultates contra Dubia
istam positionem: ⁊ dissoluentur: vt Aristo. ⁊ Cōmenta-
tor dissoluerent. Et prima est. Illud qd̄ producit aliqd
de infinita distantia est infiniti vigoris intensiue: sed pri-
mum principium est hm̄. ergo ⁊c. maior est manifesta: q̄a
illud non conuenit nisi alicui infinito in vigore produce-
re aliquid de infinita distantia. minor patet: q̄a primum
principium potest aliquid causare ex nihilo: modo infi-
nita distantia est inter aliquid ⁊ nihil. ¶ Item: quando
F
aliqua sunt eadem essentialiter: si vnum est infinitum: ⁊
reliquum: hec est manifesta: sed duratio ⁊ vigor in deo
sunt vnū ⁊ idem essentialiter: q̄a omne qd̄ est in deo est
deus: ex isto 12°: vnde etiam Cōmentator dicit: ꝙ multi- T. cō. 39.
plicitas nō est in deo. Et si attribuitur sibi multiplicitas:
hoc non est nisi sm modum intelligendi: sed deus est ifi-
nite durationis: vt patet 8° physico. ergo etiam est infi- Te. cō. 79.
niti vigoris. ¶ Item: Aristo. 8. physi. ⁊ 12° huius nititur Te. cō. 79.
demonstrare ꝙ prima substantia est impartibilis ⁊ si- Te. cō. 41.
ne magnitudine. Et facit istam rationem. Si pma sub-
stantia que est infinita est in magnitudine: vel est in ma-
gnitudine finita: vel infinita: per diuisionem sufficientē:
sed non potest esse in magnitudine infinita: quia illa nō
est: vt patet pmo celi. ⁊ 3° physico. Similiter non potest Tex. cō. 35.
esse in magnitudine finita: q̄a potentia infinita non pōt Te. cō. 40.
esse in magnitudine finita: quare est sine magnitudine. G
¶ Et ex hoc probatur ꝙ est infinita: vel ergo intelligit
de infinitate vigoris intensiue: vel de infinitate in dura-
tione. Si de infinitate vigoris: habet̄ propositum. Si lo-
quitur de infinitate durationis: tunc ratio Aristo. est fal-
sa: q̄a in magnitudine finita pōt esse virtus infinita acti-
ua in duratione: vt magnitudo solis est finite magnitu-
dinis: ⁊ tamē virtus eius actiua est infinita in duratiōe:
q̄a per lumen agit per infinitum tempus: ⁊ sic potentia
actiua est infinite durationis: ⁊ bene est in magnitudine
finita. ergo pꝫ ꝙ solum potentia infiniti vigoris intensi-
ue non est in magnitudine: sed deus est infiniti vigoris:
quare deus non est in magnitudine: ⁊ sic intēdit Aristo.
arguere. ¶ Item: illud qd̄ continet effectum infinitum H
virtualiter primo ⁊ indepēdenter: ⁊ simul videtur esse
infiniti vigoris intensiue: ⁊ hec est manifesta: sed pmum
mouens continet virtualiter effectum infinitum. s. motū
per infinitum tempus quem causat: ⁊ primo: q̄a non est
alia causa prior: que sit causa huius motus: ⁊ solum con-
tinet ipsum: q̄a virtuti primi nihil accrescit: neq̄ dimi-
nuitur: quare motus cōtinetur a motore primo indepen-
dēter primo ⁊ simul: ⁊ si motus est ab eterno: tunc est in-
finitum: quare vnum continet effectū infinitum virtua-
liter ⁊c. ¶ Item: si primum mouens formaliter conti-

I neret omnes perfectiones tam presentium et preteritorum
quam futurorum: bene concederetur esse infiniti vigoris: et
hoc omnes concederent: sed primum mouens perfectius
continet omnes perfectiones tam presentium preteritorum
et futurorum: licet non contineat eas formaliter: quia cōtinet
eas eminenter quod est perfectius cōtinere quam formaliter:
quod est infiniti vigoris. ¶ Item: si ipsum primū eēt cau-
sa totalis et immediata omnium entium: concederetur quod
esset infiniti vigoris: hoc est manifesta omnibus: sed pri-
mum mouens nobilius et perfectius est causa omnium
entiū quam si esset totalis causa: quia est suprema causa et vni-
uersalis omnium entium que est nobilior et perfectior quam
totalis causa omnium entium. ¶ Item: primum mouēs
non est minoris virtutis quam si esset in magnitudine: quia
per esse in magnitudine non accresceret sibi aliquid de
K virtute: sed diminueretur: sed si primum mouens eēt in
magnitudine esset infiniti vigoris: quia hoc concedit Cō-
mentator. ¶ Item: illud quod potest velocitare motum
in infinitum est infiniti vigoris: quia hoc intelligitur per infi-
nitatem vigoris mouens: quod non est determinatum
in velocitate motus: sed semper velociter potest moue-
re in infinitum: sed primum mouens potest mouere in
infinitum: quia mobile potest velocitari in infinitum: vt
vult Aristo. quia mouet per infinitum tēpus: vt vult Arist.
¶ Item: si primū mouens non esset infiniti vigoris: tūc
voluntas non appeteret ipsum et delectaretur in aman-
do ipsum: sed hoc est falsum per experientiam omnium:
quia nos experimur in nobis: quod voluntas appetit et dele-
ctatur in amando primum mouens: consequentia patet: quia
nulla potētia delectatur et appetit illud quod repugnat
L suo nobilissimo obiecto et fini: sicut auditus nō delectatur
in inconsonantia sonorum que repugnat consonantijs que
sunt in sonis. ¶ Item: quod est vltimus finis appetitus
humani debet esse infinitum auctoritate Aristo. primo
politicorum: si diuitie appeterentur tanquam finis hominis
in infinitum appeterentur et extenderet appetitus. ergo
si vltimus finis hominis non esset finis hominis nō ap-
peteretur: sed deus est vltimus finis hominis: quia est opti-
mum eorum que in natura sunt. ¶ Item: cuicunque nō re-
pugnat infinitas intensiua non est perfectum nisi in ipso
sit ista virtus intensiua: quia cui non repugnat aliqua con-
ditio que requiritur ad eius perfectionem non est perfe-
ctum: nisi habeat illam conditionem: vt homini non re-
pugnat intelligere quod requiritur ad perfectionem eius. ergo
homo non est perfectus nisi intelligat: sed infinitas intē-
siua non repugnat enti: quia finitas non est passio entis que
M opponitur infinitati: nec ponitur inter omnes passiones
primi entis: et quod non determinat vnum oppositorum: si-
bi non repugnat reliquum. ergo ens non est perfectum
nisi in aliquo ente sit infinitas intensiue. ¶ Item: si pri-
mum mouens esset finiti vigoris: tunc esset compositum
et non simplex in fine simplicitatis: sed hoc est falsum: quia
primum mouens est actus primus et simplicissimus. cō-
sequentia patet: quia finitum est habēs finem: sed habens
finem est compositum ex fine et cuius est finis. ¶ Tenē-
do viam Aristo. et Cōmentatoris respondendum est ad
rationes. ¶ Ad primam rōnem. Quod producit aliquid etc.
conceditur. Tu dicis. deus est hēnegarent hoc Aristo. et
Cōmentator. Tu probas: quia deus potest causare etc. Arist.
et Cōmentator negarent: quia nec apparet hoc ad sensum:
et oppositum dicunt Aristo. et Cōmentator: quia in hoc cō-
ueniunt omnes qui de natura loquuti sunt: quod ex nihilo
nihil fit etc. ¶ Tu dicis. ergo deus non est oīpotens. Di-
8° phy. tex. cōmē. 34. cendum quod deus est omnipotens respectu oīum possibi-
lium: et per hoc differt ab omnibus alijs agentibus: quia

non possunt omnia possibilia: sed solus deus: vnde Cō- N
mentator dicit: quod deus possit impossibilia: hoc nō videtur
pertinere ad dignitatem: sed est error et deceptio: vt di-
citur. 8. physico. ¶ Ad aliam. conceditur maior. Tu di- Cōmē. 4.
cis etc. conceditur. sicut enim duratio eius est infinita per
carentiam terminorum: sic vigore eius est infinitus per
carentiam terminorum: quia est sine termino: quia in infini-
tum durat: sed non sequitur ex hoc quod sit infinitus in qua-
litate actionis. ¶ Ad aliam. Dicendum quod intellexit de
potētia infinita in duratione ex se. Dicis quod virtus in ma-
gnitudine etc. non valet: quia nulla virtus infinita in dura-
tione de se que non dependet ab alio potest esse in ma-
gnitudine: vnde licet sol habeat potentiam mouendi per tē-
pus infinitum: illā tamē non habet de se: sed ab alia vir-
tute que non est in magnitudine: vnde dicit Cōmētator
in de substantia orbis. quod corpora celestia non solum in-
digent virtute que largitur eis motum sempiternum: sed
etiam indigent virtute que largitur eis permanentiam
eternam: vnde virtus infinita in duratione de se nō pōt O
esse in magnitudine nec appropriate: vt intelligentie: nec
secundum inherentiam: quare ratio non valet. ¶ Ad aliam: quod
continet effectum infinitum etc. Dicēdum quod ista propo
sitio est duplex: quod simul continet effectum infinitum: quia
simul potest determinare hoc quod est effectus infinitus si-
mul producendus: vel actum habendi: modo capiendo
primo modo: tunc verum est quod illud quod continet effe-
ctum infinitum. i. quod simul potest producere effectus in-
finitos illud est infiniti vigoris. Sed secūdo modo est
falsum: si determinat modū habendi simul: vt quod simul
habet virtutem producendi effectum infinitum: quia hoc
potest esse non finiti vigoris. ¶ Tu dicis. quod primū mo
uens etc. Dicēdum quod primum mouens non simul cōti-
net effectum infinitum: ita quod simul determinet effectum
infinitum: ita quod simul possit producere effectus infinitos:
quia non potest producere simul motum: quia hoc est cōtra P
naturam motus: sed successiue producit eum: vnde bene
continet simul effectum infinitum. i. habet omnes perfe-
ctiones simul: componendo simul: cum hoc quod est. habet.
ergo producit non simul: sed successiue effectum infini-
tum: quia habet causalitatem super motū infinitū. ¶ Ad
aliam. Si primum mouens contineret formaliter etc. cō-
ceditur. Tu dicis. quod primum mouens etc. negatur. quia si
continet eminenter non continet nobilius: vnde licet abso
lute et simpliciter prima causa contineat nobilius et per-
fectiori modo quam quodcunque aliud. Si tamen formaliter
contineret omnia: tunc nobilius et perfectiori modo cō-
tineret qualibet alia re: licet absolute contineat et simpliciter per-
fectius: vnde cōditionalis est vera. antecedēte existente
falso: vnde si primum mouens formaliter contineret oēs per-
fectiones: perfectius et nobiliori modo contineret quam quod emi-
nēter et virtute: quia tunc esset formaliter omnis perfectio.
¶ Ad aliam. Si primū mouens esset causa formalis etc.
concediatur. ¶ Tu dicis. quod primum mouens etc. Dicēdū Q
quod falsum est: quamuis enim simpliciter et absolute perfectiori mo-
do contineat quam quodcunque aliud: tamē si poneretur causa
totalis et immediata: tunc nobiliori modo et perfectiori esset
causa quam vt sit causa et remota: vnde cōditionalis est ve-
ra: quamuis antecedēs sit falsum: et implicet contradictoria: quia quod
est immediata et causa totalis: illud non est prima causa: quia alia
causa est prior: sed ponitur esse prima causa: et ita est prima
causa: et non prima. ¶ Ad aliam. primum mouens non debet
esse minoris vigoris etc. negatur. quia si primum mouens
esset in magnitudine eēt infiniti vigoris: quia in virtutibus
in magnitudine maior virtus mouet in maiori tempore
secundum durationem. ergo infinita virtus per tempus infinitum. quod

Ista ratio de creatione nō ē ad mētē Cōmētatoris ibi: vt patet intuēti. Dicendum quod illa rō procedit de virtute māli vt dicit Commētator ibi. et ita cessat argumentum de sole.

si pma

A si prima causa eēt in magnitudine esset virtutis infinite:
sed cum ponitur extra magnitudinem virtus: non sequitur
ꝙ maior virtus moueat in maiori tempore: q̄a in virtuti-
bus extra magnitudinē virtus que mouet per diem: et
mouet per tpˢ infinitum. ¶ Ad aliam. de volūtate. Di-
cēdum ꝙ verū est. Si nec ꝺm rei nām: nec ꝺm existima-
tionē: tunc voluntas sequitur ⁊ amat ipm: q̄a volūtas seq-
tur cognitionē: q̄a ꝺm rei nām infinitū intells pōt iudi-
care eē infinitū: ⁊ tunc volūtas appetit ipm ⁊ amat: quia
volūtas est libera: ⁊ pōt ferri in qdcūq̄ appbēsum ꝑ in-
tellectū. ¶ Ad aliā. qd pōt velocitare ⁊c̄. ꝯcedit̄. Tu di-
cis. pmū pōt velocitare ⁊c̄. negat̄. ¶ Ad probationem.
Omne qd mouet̄ pōt velocius ⁊c̄. Dōm ꝙ omne quod
mouet̄ cōtingit velocius moueri: supposito ꝙ virtˢ mo-
B uentis intendat̄ in infinitū: sed h non est verū: q̄a aliqd
Tex. cō. 58. mobile est qd nō contingit velocius moueri: vt pz 2° ce-
li: sed qd dicit Aristo. ꝙ ꝯⁱⁱ omne mobile velociˢ moue-
re intellexit supposito ꝙ virtus mouētis intēdit̄ in infi
nitū: vnde hoc sufficit sibi ad demōstrationē: vt pz īspi-
cienti: q̄a vult ꝓbare ꝙ nō est tpˢ minimū: q̄a si semper
aliqd velocius moueret̄: tūc nō esset tēpus minimū: q̄a
si tēpus eēt minimū aliqd nō semper velociˢ moueret̄:
etiā si virtus eēt infinita: q̄a finita virtus mouet in tpe:
⁊ maior in minori tēpore: tūc virtus nō posset velocius
moueri: q̄a si moueret velocius: tūc moueret in non tpe:
vel eēt minus tēpore minimo. ¶ Ad aliā. qd est vltimˢ
finis ⁊c̄. negat̄. q̄a qd est infinitū nō pōt cognosci: q̄a īfi-
Tex. c. 35. nitū ꝺm ꝙ huiˢ est incognitum: ex ꝑ phy. sed finis apprehendit̄ ⁊ est notus: ⁊ infinitū non apprehenditur. Tu di-
C cis. Diuitie ⁊c̄. Dōm ꝙ diuitias appeti in infinitū dupl'r
potest intelligi. Uno modo ꝙ appetantur in infinitum:
ita ꝙ appetitus nō determinetur per aliud: ⁊ sic est ve-
rum: q̄a finis non terminatur per aliud: q̄a ꝑ hoc differt
finis ab eis: que ordinantur in finē: q̄a ordinatis in finē
imponitur terminus: vt aliquis potest bibere qd sufficit
sibi ad sanitatem: ⁊ ita ordinata in finem terminant̄ be-
ne per aliud: sed finis non terminatur per aliud. g̃ si di-
uitie essent finis hoīs appeterent̄ in infinitum: q̄a termi
narentur: ita ꝙ non per aliud. Alio modo potest intelli-
gi ꝙ diuitie appetant̄ in infinitum intēsiue: ꝙ semꝑ ma-
gis ⁊ magis appetant̄: ⁊ sic non est verum: q̄a est deue-
nire ad vltimū terminū. ¶ Tu dicis. deus est finis ⁊c̄.
verum est. ergo deus in infinitum appetitur primo mo
do: q̄a appetitus non terminat̄ per aliquid aliud q̄̄ per
deum: qui est finis: ⁊ finis non terminatur per aliud: sed
tamē non sic appetit̄ in infinitum intensiue: ꝙ semꝑ ma
gis ⁊ magis: vt dictū est. ¶ Ad aliam. Cuicūq̄ ⁊c̄. Dōm
ꝙ infinitas vigoris repugnat pmo enti: si esset infinitas
D in vigore: tūc moueret in non tēpore. ¶ Tu dicis. de ra-
tione entis non est finitas. Dicēdum ꝙ imo finitas intē-
siue est passio eius: ⁊ de rōne eius: q̄a vnū cum ente cō
Tex. cō. 3. uertit̄: ex 4° huius. sed de ratione vniˢ est: ꝙ in se sit in-
diuisum: ⁊ a quocūq̄ alio diuisum: ⁊ ita inquantū vnum
est ⁊ ens diuisum ⁊ distinctū est ab alio: sed si pmū esset
infinitum in vigore: tūc non esset indiuisum in se: ⁊ indi-
stinctum ab alio: q̄a infinitū est indistinctū. ¶ Ad aliā.
Si pmum mouens esset finitum ⁊c̄. negat̄ ꝯñtia. Ad ꝓ-
bationem: finitū est habens finem: verū est in rebˢ mālli-
bus ⁊ corporalibus: q̄a finitum est habēs finem: ⁊ est cō
positum: sed in separatis a mā finitum nō habet finem:
ita ꝙ sit aliud: sed illud est finitū seipso ⁊ per se: non per
finē qui est superadditus sibi: sed est idem finitū ⁊ finis.

Ad primaz rōnem in oppositū. Mouens mo-
uet per tēpus infinitū: antecedēs cō-
cedit̄: sed ꝯsequētia negat̄. Ad probationem: maior vir-
tus requiritur ⁊c̄. Dicēdum ꝙ hoc est verum: in virtuti- E
bus in magnitudine: vt prius visum: sed nō est verū in
virtutibus extra magnitudinē: q̄a eadem virtus mouet
per tēpus infinitū ⁊ per diē. Ista est determinatio Ar. ⁊
Cōmētatoris eius qui loquunt̄ nāliter: ⁊ inquātum pōt
ꝯuinci ex sensatis. ¶ Unde aliter dōm est ad qōnē ꝺm
fidem ⁊ veritatem determinatiue: ꝙ primū pncipiū qd
est deus gloriosus est infinite virtutis in vigore intensi-
ue: ⁊ inquātum est de se potest velocitare motū in infini-
tum. Simil'r in instāti potest mouere inquātū est de se:
vnde virtus eius nō est limitata ad aliquā determinatā
actionem. Et hoc est verum simpl'r: ⁊ nullus pōt cōtra-
dicere huic veritati: vnde bene verū est: ꝙ Arist. ⁊ Cō-
mentator hoc nō viderunt: q̄a nihil posuerunt nisi quod
pōt conuinci ex sensatis: sed illud nō potest demonstra- F
ri naturaliter: nec cōuinci ex sensatis: q̄a est super nāz et
opera eius: q̄a deus potest facere hoc qd natura non est
nata intelligere ⁊ capere: ⁊ cū sua opera distent in infinitū
super opera nature: vnde hoc est simpl'r sine oī demon-
stratione nāli credendū ⁊ firmiter tenēdū ex informa-
tione vere ⁊ sancte fidei sacre ecclesie doctoribus in hoc
reuerenter assentiendo: q̄a ex hoc qd credimus sine ra-
tionibus hūanibus ortū a sensatis habemus meritum: vñ
nullus effectus est sensibilis: ꝑ quē hoc possit ꝯuinci.

Ad rationes in oppositū. Omnes tres. Si hoc
eēt: deus mouet in nō tpe ⁊c̄. Dōz
ꝙ deus quātū est de se mouet in instāti: sed impeditur
ex parte mobilis: q̄a nā corporea nō nata est recipe ef-
fectum ꝓportionalē substantie īfinite virtutis in quali-
tate actionis. Tu dicis. ꝙ potentie actiue ⁊c̄. cōcedit̄. in
omni potentia: excepta potētia primi: cui nihil corrcríspō- G
det: q̄a est infinitum superexcedēs oēs res: q̄a oīa ex ni-
hilo fecit. Et dicit̄ si moueret in tēpore: tūc cuꝫ ꝓportio
tēporis: motus ⁊c̄. Dicēdū ꝙ verum est in nālibus non
agentibus per intellectū ⁊ cognitionem: q̄a quanto vir-
tus excedit: tāto in minori tēpore mouet. Sed in intelle-
ctualibus nō est sic: q̄a illa que agūt ꝺm intellectum nō
agūt ꝺm exigētiam sue virtutis: sed vt placet sibi: vt do-
mificator nō opz ꝙ domificet tātū quantum pōt: sꝫ ꝺm
ꝙ placet sibi: ⁊ ꝺm ꝙ fini ⁊ nature subti cōpetit: ⁊ sic deˢ
mouet: non ꝺm ꝙ pōt: sed ꝺm ꝙ nature subti ⁊ mobilis
cōpetit: sed illud nō potest motum recipere in instanti.
¶ Et quādo dicit̄: voluntas imutabilis agit ꝺm ꝙ pōt.
Dicendū ꝙ volūtas imutabilis est in se: ⁊ quicqd facit
⁊ mouet: hoc facit ꝺm voluntatem necessariā: q̄a omnia
sunt necessaria in deo. Et tamen hoc nō absolute potest
facere excellētius aliqd omni opere: ⁊ hoc est ꝺm placi-
tum eius. Ex hoc etiam nō cadit aliqua imutatio ⁊ ino-
uatio in deo: sed sufficit in facto. Et quādo Arist. diffini- H
uit potētiam actiuam. 5° huius. loquebatur de potentia Tex. cō. 17.
actiua naturali: ⁊ de illa que est post primam potentiā:
de hoc inquiratur diligenter. ¶ Questio. XVI.

Consequenter querit̄ adhuc cir-
ca eandez partez:
q̄a Arist. vult ꝙ in magnitudine finita non Tex. cō. 41.
pōt esse virtus infinita. Utrū virtus infini-
ta possit eē in magnitudīe finita. ¶ Arguit̄
primo ꝙ sic. Celum est magnitudinis finite: ex pmo ce-
li: sed celum est virtutis infinite: qd probatur. q̄a celum
vel est virtutis finite: vel infinite: per sufficientem diui-
sionē. Si est virtutis infinite habet̄ propositum. Si est
virtutis finite: tūc est generabile ⁊ corruptibile: q̄a ꝑ po-
tentiā finitā nō pōt aliqd durare ꝑ tpˢ ifinitū: sꝫ est ge-
nerabile: qd est ꝯ intētionē Arist. pmo celi. vbi vult ꝙ sit i- Tex. cō. 20.
generabile ⁊ icorruptibile. ¶ Itē: qd mouet ꝑ tpˢ ifini-

I. tũ bȝ potẽtiam ĩfinitam:qa potẽtia finita nõ põt moue-
Te.cõ.79. re per tp̃s infinitũ.8.phyſi.ꝛ iſto 12.ºſed celum eſt hõ:q2
Te.cõ.41. mouet per tẽpus infinitũ:qa gñatio ꝛ corruptio eſt ppe
Te.cõ.56. tua:que cauſaꝭ a celo ꝛ motu ei⁹.2º de gñatiõe:ꝛ.8.phy.
Te.cõ.46. Et ꝯfirmaꝭ.Jllud qð ſemp eſt ſemꝑ mouere põt:ſed il-
ꝛ inde. lud qð eſt finite magnitudinis ſemper eſt vt celũ:qa eſt
Te.cõ.20. ſempiternũ ꝛ igñabile ꝛ incorruptibile:vt pͥmo celi.
Te.cõ.41. Oppoſitum vult Ariſt.in ꝑdicta lr̃a:ꝛ.8.phyſi.
Te.cõ.79. vbi nitiꝭ demõſtrare qꝫ in magni-
tudie finita nõ põt eẽ magnitudo ĩfinita:ſicut nec in ma
gnitudine infinita põt eſſe potentia finita:ꝛ hoc idẽ vult
Cõmentator.¶ Notãdum qꝫ aliqui reſpondent breui-
ter ſine diſtinctione qꝫ in magnitudie finita nõ poteſt eẽ
potẽtia infinita:ꝛ nõ intelligimus de potẽtia ad eẽ:quia
de illa nõ eſt ad preſens ꝓpoſitum:ſed de potentia que
K eſt ad motum:vnde hoc Ariſto.ꝓbat ſupponendo duo.
Primũ eſt.Si ſint due virtutes:quarũ vna eſt maior:
alia minor:maior virtus in equali tp̃e facit maiorẽ effe-
ctum q̃ꝫ minor virtus:vel in minori tẽpore facit eq̃lem
effectum:ſicut ſi ſunt duo ignes:quoꝝ alter eſt maior:al
ter eſt minor:tũc ſi minor ignis calefacit tãtam quãtita-
tem aque in tãto tempore:tũc maior ignis in minori tẽ-
pore equalem quãtitatẽ calefacit:vel in equali tp̃e ma-
iorem quãtitatem.¶ Secũdo ſupponit:qꝫ motus non
poteſt eẽ in nõ tẽpore:ꝛ hoc eſt per ſe manifeſtũ:qa di-
cere motum eſſe in nõ tẽpore eſt dicere qꝫ motus nõ eſt
motus:qa tunc nõ haberet prius ꝛ poſterius:ſi eſſet ſine
tẽpore illud debet intelligi de vero motu ad excludẽdũ
motum ſpũalem:qui forte poteſt eẽ in nõ tẽpore.¶ Ex
his arguit Ariſto.Si virtus infinita eſſet in magnitudie
finita:tunc moueret in nõ tempore:ſed hoc eſt ĩpoſſibi-
L le ex ſecũda ſuppõne.ꝯñtia probatur:qa poſtq̃ꝫ infinita
potẽtia eſt in magnitudine finita:tũc mouet vel in tẽpo-
re:vel in nõ tempore.Si mouet in nõ tẽpore:tũc habeꝭ
predictum incõueniẽs.Si mouet in tẽpore:virtus infi-
nita:vt virtus primi reuoluit orbẽ ſuum in.24.horis:ca
piatur alia potẽtia finita:illa mouebit in minori tẽpore
ex ſuppõne pͥma.Nõ tũc additio alterius potẽtie fiet
ad illam potẽtiam:tunc mouebit minori tempore:vt ſi
prior mouebat in.48.horis:tunc illa precedens ꝛ addi-
ta potẽtia forte mouebit in.30.horis:qa ſm additionẽ
potentie ad potẽtiam proportionabiliter diminuiꝭ tem
pus:modo iterũ addaꝭ alia virtus finita:tũc forte mo-
uebit in equali tempore cũ infinita:qa.30.hore excedũt
forte.24.horas:ſicut virtus iam congregata ex preexi-
ſtente:ꝛ addita potẽtia habet ſe ad preexiſtens.ergo in
equali tempore mouet virtus infinita ꝛ finita:vel vĩus
M infinita mouebit in nõ tempore.¶ Notãdũ qꝫ hic eſt
difficultas:qa videꝭ qꝫ per iſtam rõnem nõ ſolum con-
uincaꝭ qꝫ nõ ſit virtus infinita in magnitudine finita:ſꝫ
per eam etiã probatur qꝫ virtus infinita etiam non eſt
extra magnitudinẽ:ꝛ ſic deus nõ haberet potẽtiam infi-
nitam:ꝛ nihil ſic mouet per tp̃s infinitũ:qð eſt ꝯ Ariſto.
ꝓbatio accipiaꝭ eadem rõ.Si eſt aliqua virtus infini-
ta:ſiue ſit in magnitudine:ſiue extra:mouebit in tempo-
re:vel in non tempore:ꝛ deducatur omnibus modis:ſi-
cut prius ſequetur qꝫ virtus ĩfinita extra magnitudinẽ:
ꝛ virtus finita mouebunt idem mobile per equale tem
pus:vel virtus infinita mouebit in nõ tẽpore.Et hoc eſt
qð Cõmẽtator querit in iſto cõmẽto:ſiue virtus ĩfinita
ſit in magnitudine:vel extra magnitudinem:vt q̃d eſt:
quaſi diceret nõ eſt differẽtia ſiue virtus infinita in ma
gnitudine:vel extra quãtum ad illud incõueniẽs:qa vel
mouebit in nõ tẽpore:vel virtus finita ꝛ ĩfinita mouent
idẽ mobile per equale ſtadiũ in equali tẽpore.¶ No-
tandũ qꝫ doctores reſpõdẽt:Ad cuius intellectũ ſtup- N
ponũt pͥmo:qꝫ nulla virtus in magnitudie moueat ꝑ in-
tellectũ:quia intellectus nõ eſt virtus in corpore:ex 3º
de aĩa.ſed virtus que eſt ſine magnitudine mouet ꝑ in- Te.cõ.4.
tellectũ:vt dicit Ariſt.12.huius:qa celũ moueꝭ ab ĩtelli- Te.cõ.41.
gẽtia:qa a virtute nõ exñte in magnitudie.¶ Tunc di-
cũt qꝫ eſt dĩa inter agẽs ꝛ mouẽs ſm ĩtellectũ:ꝛ agens
qð mouet ꝛ agit ſm intellm̃.Nõ dicũt:agẽs nõ ꝑ ĩtel-
lectũ facit effectũ ꝓportionalẽ ſue nãe:qa ignis eſt agẽs
nõ per intellm̃:iſta calefactio tãta eſt quantus eſt calor:
ſed effectus agẽtis ꝑ ĩtellm̃ non ꝓportionaꝭ nature ſue:
ſed forme apꝑhẽſe per ĩtellectũ.ꝟ.g.domificator agit ꝑ
intellm̃:mõ nõ agit tãtam domũ quãtam poteſt:qa non
opꝫ qꝫ domus ſit tãta quãtũ põt domificator domifica
re:vñ nõ opꝫ qꝫ tãtũ domificet quãtũ põt:ſed quãtũ ap O
prehẽdit tãtũ domificet.Nõ dicũt:virtus in magnitu
dine nõ agit per ĩtellectũ.ğ facit effectũ ꝓportionalem
nãe ſue:ſꝫ ſecus eſt de vĩute extra magnitudinẽ:q̃ agit ꝑ
intellꝫ:qa nõ opꝫ qꝫ faciat tãtũ q̃tũ põt:vñ ſi eẽt vĩus
infinita in magnitudie:ſeq̃reꝭ qꝫ mot⁹ ab ea ꝓcedẽs eẽt
ſm ꝓportiõeꝫ ei⁹:ꝛ ſic ꝓcedit demr̃atio eius.Si aũt eſt
virtus ĩfinita nõ in magnitudie motus ab ipſa nõ ꝓce-
dit ſm ꝓportionẽ virtutis:ſꝫ ſm rõneꝫ forme apꝑhen-
ſe.i.ſm qꝫ ꝯuenit fini ꝛ nãe.¶ Notãdum vlteri⁹:vt di-
cũt:qꝫ ſicut ꝓbatũ eſt in 6º phyſi.qꝫ nihil moueꝭ niſi ha- Te.cõ.32.
beat magnitudinẽ:vñ velocitas mot⁹ eſt effectus rece-
ptus a mouẽte in aliquo hñte magnitudinẽ.Nõ dicũt:
qꝫ nulla nã corporea põt recipe effectũ ꝓportionalẽ vĩu
ti ꝛ potẽtie:q̃ nõ eſt in magnitudie:qa q̃lꝫ nã corpea cõ-
paraꝭ ad nãm ĩcorporeã:ſic ꝑticulare ad abſtractum ꝛ
vle.¶ Nõ his viſis dicũt expoſitores:qꝫ nõ põt ꝯclu
di.Si vĩus ĩfinita nõ ſit in magnitudie:qꝫ ex ea ꝯſequaꝭ P
qꝫ velocitas ĩfinita ſit in aliq̃ corpe:vel moueri in nõ tẽ
pore:qð eſt effect⁹ ꝓportionat⁹ tali po᷑:ſꝫ non ꝓhibet in
aliq̃ magnitudie recipi effectũ vĩutis q̃ eſt in magnitu-
dine:qa cã eſt ꝑor effectu.Si ğ cã eẽt in magnitudie vt
virt⁹ ĩfinita ad motũ:tũc ẽt effect⁹ vt moueri in non tp̃e:
vñ ſi poneret qꝫ aliq̃ vĩus ĩfinita eẽt in magnitudie:ſe-
quereꝭ qꝫ correſpõdẽs ei eẽt in magnitudine:vt veloci-
tas ĩfinita:ꝛ moueri in nõ tp̃e:ſꝫ h̃ eſt ĩpoſſe.ğ ꝛ primũ.
¶ Ex h̃ pꝫ ſolo dicte dubõnis:nã moueri in tp̃e ĩfinito
nõ repugnat magnitudini mote:vt magnitudini circu-
lari:vt ꝓbatũ eſt ꝑus:ſꝫ moueri velocitate ĩfinita in nõ tẽ-
pore ꝯtraꝭ rõni magnitudis:vt in 6º ꝓbatũ eſt:vñ ĩpe-
dimẽtũ eſt ex ꝑte magnitudis:q̃ nõ eſt nata recipe mo-
tũ in nõ tp̃e:ſꝫ ex ꝑte virtutis ĩfinite:q̃ eſt extra magni-
tudinẽ nõ ĩpediꝭ:vñ ſm Ariſt.a pͥmo mouẽte cauſatur
motus ĩfinite duratiõis:ꝛ nõ motus velocitatis ĩfinite. Q
Jſta eſt terminatio ſancti Thome.¶ Notãdũ qꝫ vĩ qꝫ
dcm̃ illud nõ ſit verũ ſm ĩtẽtionẽ Ariſto.ꝛ Cõmẽtato-
ris:vñ vnum dubium eſt de hoc:qð dicit qꝫ agens per
intellectũ nõ agit ſm exigẽtiam ſue nature:hoc non va-
let:vñ duplex eſt agẽs per ĩtellectũ:qðdã qð recipit ali-
quid ex phãtaſmatib⁹:vt ĩtellectus hoĩs.Aliò eſt agens
per ĩtellectũ:qð nõ recipit ex phãtaſmatibus:vt intelle-
ctus diuinus.¶ Jtẽ:agẽs per ĩtellectũ qðdaꝫ ĩtranſmu-
tabile oĩno per ſe ꝛ per accidẽs:ꝛ illud intelligit q̇cq̇d
poteſt ꝛ appetit quãtũ ꝛ perfectiori modo quo põt in-
telligit ꝛ appetit.Aliud eſt agens per intellectum qð nõ
intelligit quicq̃d poteſt ꝑfectiſſimo modo:ꝛ qð non ap-
petit quãtũ põt:ꝛ hoc eſt trãſmutabile.Modo agens ꝑ
intellectũ qð eſt trãſmutabile aliquo mõ facit effectum
nõ ꝓportionalem nature ſue:ſed forme apꝑhẽſe:ſꝫ ĩtel-
lectus oĩno intrãſmutabilis facit q̇cq̇d põt ꝛ effectũ
ꝓportionalem ſue nature.ğ opꝫ qꝫ moueat ſm qꝫ põt:ꝛ
ſub mõ

A sub mõ perfectissimo:etiã si sic eẽt:tũc non moueret̃ in
tẽpore.Et hoc pbat̃.Agẽs qd agit per intellectũ qd intel-
ligit ⁊ appetit quicquid potest ⁊ sub mõ perfectissimo illud
mouet quicquid põt:q2 motus ab eo pcedit sm modũ intel-
ligẽdi ⁊ appetẽdi:sed primũ mouẽs oĩno itrãsmutabile
intelligit:⁊ appetit quicquid põt ⁊ perfectissime:q2 non mi-
nus vel magis:q2 tũc volũtas eius eẽt mutabilis:quod
est icõueniẽs.ergo primũ mouẽs facit ⁊ mouet quicquid
potest.g̃ si ifinitã potẽtiã haberet ad motũ moueret in
nõ tpe:cum faciat quicquid põt:vñ si domificator intellige-
ret de necessitate quicquid põt:tũc faceret domũ pportiona-
lem nature sue:sed h̃ nõ est:vnde virtus nõ in magnitu
dine existẽs facit effectũ sue nature.Et ↄfirmat̃ sm Cõ
mẽtatorem:q2 dicere q̃ virtus ifinita sm intellectũ nõ fa
ciat effectũ pportionalẽ sue nature est extra fundamen
B ta:q2 potẽtie actiue correspõdet passiua potentia:vñ si
virtus ifinita põt mouere in nõ tpe:tũc est potẽtia rece-
ptiua illius effectus:aliter eẽt frustra:sed non est potẽtia
receptiua nisi corpus:cum nihil moueatur nisi corpus.
¶ Iterũ dicũt expositores:q̃ inter virtutẽ ifinitã extra
magnitudinẽ ⁊ virtutẽ ifinitã in magnitudine est diffe
rẽtia:q2 illa virtus in magnitudie põt facere effectũ p-
portionalẽ sue nature:sed virtus extra magnitudinẽ nõ
potest facere effectũ pportionalẽ sue nature. Hoc non
8°.phy.79. valet:q2 dicit Cõmẽtator:q̃ nõ est simile de virtute in
com.⁊.12. magnitudie ⁊ extra magnitudinẽ:q2 si eẽt virtus ifinita
meta.c.41. in magnitudie:tũc esset ifinita in vigore:⁊ moueret velo
citate ifinita:⁊ in nõ tpe:vnde dicit Cõmẽtator:q̃ inter
virtutẽ in magnitudine ⁊ extra magnitudinẽ est triplex
differẽtia.Prima differẽtia est q̃ virtus in magnitudie
opz q̃ sit finita vel ifinita:sed virtus que non est in ma-
gnitudie:nec opz q̃ sit finita vel ifinita in vigore.Scda
differẽtia est:q̃ inter virtutes in magnitudie:vna est ma-
ior:alia minor:sed in virtutib9 extra magnitudinẽ non
C opz q̃ vna sit maior:alia minor.Tertia dĩa est:q̃ pro-
portio temporis ad tẽpus motus virtutum in magnitu-
dine h3 locũ sm pportionem virtutis mouẽtis ad vir-
tutem mouẽtem:sed in virtutibus extra magnitudinẽ
nõ h3 locũ:q2 pportio est tñ sm quantitatẽ:que quan-
titas non est in virtutibus extra magnitudinem.

Tunc ad rõnem. ¶ Ad primã diceret Cõ-
mentator.Si virtus infi-
nita eẽt extra magnitudinẽ:tũc moueret in non tpe.Cõ-
mentator diceret:q̃ ista virtus ifinita:nec mouet in tem
pore:nec in nõ tẽpore:q2 nõ h3 potẽtiã mouẽdi imedia-
te:vnde si imediate moueret mobile:tũc eẽt ver̃ q̃ mo-
ueret in nõ tẽpore.¶ Tu dicis ⁊c.Dõm q̃ pncipiũ mo-
uens qd h3 infinitã potẽtiã nõ mouet imediate:sed me-
Cõmẽ.41. diãte alio qd est finitũ:vnde sicut dicit Cõmentator 12°
D huius.Primũ mobile mouet̃ a duplici motore ab aĩa
que est in eo:⁊ ab aĩa que est separata ⁊ liberata ab oĩ cor-
pore oĩno per se ⁊ per accidẽs:vnde si h̃ eẽt q̃ moueret
imediate:tunc esset proportio motus ad motum:⁊ tem-
poris ad tempus sm pportionem virtutis ad virtutẽ:
sed infiniti ad finitũ non est proportio.ergo virtus pmi
non mouet imediate tãq3 motor appropriatus ⁊ virtus
in magnitudine.g̃ est primus motor oĩno separat9 a ma
gnitudine:vnde si virtus ifinita extra magnitudinẽ est
⁊ mouet mediãte alio:tũc nõ opz q̃ sit pportio mot9 ad
motũ sm pportionẽ virtutis:vt dcm̃ est.¶ Notãdum
q̃ virtutẽ esse in magnitudine põt intelligi dupl̃r.Uno
mõ q̃ inherenter ⁊ subiectiue virtus sit in magnitudie:
vt albedo in pariete:⁊ aĩal in hoĩe. Alio mõ põt intelli-
gi q̃ nõ sit virtus subiectiue in magnitudine:sed appro-
priate sm motũ:vt q̃ talis virtus moueat determina-
tum mobile:vt orbem:⁊ tali velocitate ⁊ non maiori et E
vno motu ⁊ nõ pluribꝰ.Sic virtus extra magnitudinẽ
dicitur esse dupliciter.Uno modo q̃ non est in subiecto
inherẽter:tamẽ appropriate est in magnitudine:sic mo-
tores cor̃ omnes excepto primo motore sunt extra ma
gnitudinẽ.Scdo modo dicit̃ eẽ extra magnitudinem
nõ solum subiectiue ⁊ inherẽter:sed etiã sm appropria
tionẽ:sicut primus solũ est extra magnitudinem:inherẽ-
ter est in magnitudine:nec sm appropriationẽ:q2 non
determinatus ad aliquod mobile ⁊ orbẽ:sed oĩno sepa
ratus ⁊ liberatus ab omni orbe quẽ moueat imediate.
Nõ quãdo dicit Cõmẽtator q̃ virtus ifinita extra ma
gnitudinẽ:nec mouet in tẽpore:nec in non tẽpore:nec fi-
niti vigoris:nec ifiniti:intelligit de virtute que est ex̃ ma-
gnitudinẽ oĩno sm inherẽtiam ⁊ appropriationẽ:⁊ hoc F
intendit.8.phy.⁊.12.huius.q̃ pmus motor oĩno est libe- Com.79.
ratus a magnitudine:vnde dicit.pmũ mobile cõponit̃ Cõmẽ.41.
ex duplici motore:ab vno motore qui est in eo sm appro
priationẽ:vt intelligẽtia:⁊ a motore qui est oĩno liberat9
⁊ separatus sm appropriationẽ ⁊ inherẽtiam:vñ etiam
dicit Cõmẽtator in de suba orbis:cum Arist.ↄsideravit
in virtutibus appetitiuis vidit aliquas mouere ad aliqd
appetibile nobilius se.¶ Notãdũ q̃ dubiũ est:q2 Cõ-
mentator dicit:q̃ vtus extra magnitudinẽ:nec est finita: Cap.4.
nec ifinita:cũ tñ Arist.in vltima demõstratione dicat q̃
primum mouẽs non habet potẽtiam infinitam quo ad
motum:qd imediate moueat:sed habz potẽtiã infinitã
causalitate:q2 mouet in genere cause finalis:que causa-
litas est super se inquantum mouet vt finis:non vt verũ
agens qd extrahat aliqd de potentia ad actum.

Per hoc ad rõnes in opp̃.¶ Ad primã.Celũ
est infinite ⁊c.ↄceditur.Tu dicis.q̃ ce- G
lũ ⁊c.Dõm q̃ habere potẽtiã est dupl̃r/vel ad esse/vel
ad motũ.Iterũ potẽtia ad esse est duplex.vna est potẽ-
tia ad esse per mãm que est ps hñtis potẽtiã:⁊ sic celũ
non h3 potentiam ad eẽ per subam simplicẽ sui que est
ↄiuncta actui que nõ patit̃ cõpositionẽ:⁊ illam h3:⁊ est
infinita:vnde infinitũ in duratione põt esse figuratum ⁊
dimẽsionatũ:⁊ hec potẽtia ↄiuncta actui.Sĩr potentia
ad motũ est duplex:potẽtia actiua ⁊ passiua:mõ celum
h3 potẽtiã infinitam passiuã ad motũ:q2 receptiuã cũ
recipiat motũ in ifinitũ:sed nõ h3 potẽtiã actiuã in se ad
motũ:nec subiectiue:nec appropriatiue:q2 sequeret̃ q̃
moueret in nõ tẽpore:vel maior virtus eẽt eq̃lis mino-
ri:qd est incõueniẽs.¶ Ad aliã.Illud qd mouet ⁊c.con
cedit̃.simpl̃r ⁊ principal̃r mouet.¶ Tu dicis.celũ ⁊c.
Dõm q̃ celũ ⁊c.nõ mouet pncipal̃r:q2 primũ mouens
mouet:vt amatũ ⁊ desideratũ:qd nullo modo est in ma
gnitudine:sed celũ mouet vt motor appropriat9 ei q est
instr̃m mouẽtis pmi:⁊ virtute ipsius mouet.¶ Ad aliã. H
Illud qd semp est ⁊c.Cõcedit̃.mouet sicut agens pnci-
pale vel instr̃ale:sed nõ opz q̃ pcise moueat vt pncipale
agens.¶ Tu dicis.celum ⁊c.Dõm q̃ mouet vt instru-
mẽtale agens:sed nõ vt primum mouẽs:q2 si sic:moue
ret in nõ tpe:qd est impossĩ:⁊ ista sunt dicta sm intẽtiõez
Cõmẽtatoris:tñ fides ⁊ veritas ponit pmã cãm eẽ vtu-
tis infinite in vigore:⁊ de hoc prius visum est:ideo pter-
mittat̃ gratia breuitatis. ¶ Questio. XVII.

¶ Utrũ aũt ponendũ vnam subam ⁊c. T.cõ.42.

Queritur circa hoc capl̃m.Utrũ pri-
mũ mouẽs moueat imedia
te pmum mobile.¶ Et arguit̃ p̃ q̃ sic:q2 si
hoc nõ eẽt:numerus motuũ nõ argueret nu
merũ motorũ:sed hoc est ↄ intẽtionẽ Arist.

I in isto 12°. vbi ex numero motuū inuestigat numerū mo-
T.c.44.et 48. torū: ꝯñtia pz: qa postq̄ p̄mus motor non moueret ime-
diate p̄mū mobile: tunc p̄mus motus eēt a duob⁹ moto-
rib⁹: et sic nō eēt numerus motuū ſm numerū motoꝝ: qz
vnus mot⁹ eēt a duob⁹ motorib⁹. q̄re etc. ¶ Itē: sub̄a p̄a
Te.cō.43. mouet imediate p̄mū mobile: p Arist. isto 12°. vbi dicit.
videmus autē p̄ter vniuersi lationē quā mouere dicim⁹
primā sub̄am: et itelligit vniuersi lationē motū p̄mi mo-
bilis. ergo p̄ma sub̄a mouet imediate p̄mū mobile: sed
primū mouēs: vt de⁹ est prima sub̄a: vt de se pz. g̃ etc. Et
ꝯfirmat. Si primū mouēs mouet p̄mum mobile: vel h̄
est mediate vel imediate: p sufficiētē diuisionem: sed nō
est mediate: qa eadē ratione ēt mouēt omnia alia mobi-
lia: et sic non solum diceretur primū mouēs respectu pri-
K mi mobilis: sed etiā rōne omnium aliorum.

Te.cō.36. Te.cō.79. **Oppositum** vult Aristo. et Cōmentator h̄. et 8. physico.

Notandum q̄ de ista qōne sunt due opiones. vna est q̄ p̄mū moueat p̄m mobile
imediate: et pbat h̄ rōnib⁹ p̄dictis: et adhuc alijs auctorib⁹.
Prīa est: qd̄ mouet aliqd sine medio mouet imediate: h̄
est de se nota: sz p̄mū mouēs mouet p̄m mobile sine me-
Com.41. et 43. dio: p Cōmētatorē. 12. hui⁹. vbi dicit. p̄mum mouēs mo
uet istum motū: et loquit de motu p̄mi mobilis sine me-
dio. ¶ Itē: in sepatis a mā idez est efficiēs et finis: sz pri-
Te.c.41. mū mouēs est separatū a mā: ex isto. 12. et 8. phy. p Ar. et
Te.cō.79. Cōmētatorē. g̃ mouet vt efficiēs et finis: sed qd̄ mouet vt
efficiēs et finis mouet imediate. ¶ Itē: ꝯfirmat a Com-
Cō.36. et 38 mētatore 12° hui⁹. vbi dicit. itelligētie abstracte: sz q̄ sūt
abstracte sunt p̄n⁹ duob⁹ modis ſm agēs et finē: sz h̄ non
L eēt nisi imediate moueret p̄mū mouēs. ¶ Itē: si p̄mum
mouēs nō moueret imediate p̄mū mobile: tunc p̄a sub̄a
q̄ est deus eēt p̄or p̄ motore toti⁹: sz h̄ est falsum: qa dicit
Cō.44. Cōmētator 12° h⁹. q̄ aliq dicūt p̄mā sub̄az eē p̄orē moto
re p̄ toti⁹: h̄ est falsuz. ꝯñā pz: qa postq̄ p̄m⁹ motor mo-
ueret me^te alio motore p̄m mobile tūc eēt p̄or motore to-
Cō. eodē. tius: qa p̄cedit illū motorē simplr. Et ꝯfirmat p Cōmē-
tatorē ibidē. vbi dic̄. q̄lz sub̄a ab^ta est p̄n^m sub̄e sensibilis
ſm formā et finez: sz h̄ nō eēt nisi ime^te p̄m mouēs moue-
ret p̄m mobile. g̃ etc. ¶ Itē: qd̄ est desideratū pp se facit
Com.36. et 44. p̄m motū imediate p Cōmētatorē. 12. h⁹. vbi dic̄. qd̄ fac̄
istū motū est desideratū: sz p̄m mouēs est h̄ō: qa p̄m mo-
Comē.37. uēs est solū desideratū et amatū pp se: vt vult Cōmē. 12°.
hui⁹. vñ dic̄. hec eni est dīia iter p̄n^a p̄a ab^ta: et alia p̄nci-
pia ab^ta: qa alia ab^ta a p̄ma sunt desiderata nō pp se: sed
pp aliud: vt p̄m: sed p̄n^m p̄m est desideratū pp se: et nō pp
aliud. ¶ Alia est opio q̄ vr̄ eē expsse phi et Cōmentato-
ris: q̄ p̄m mouēs nō ime^te mouet p̄m mobile. Et rō p̄a ad
hoc pbādū est. Preter illud mouēs qd̄ mouet solum vt
M amatū et desideratū: oz eē aliud mouēs quod moueat vt
amās et desiderās: qa qd̄ mouet vt amatū et desideratū:
